



PHIL
DE
ANIM
1
7







4°

XIV

PHIL. de Anim.

G.l. cum

CAMER.

ed. BERSM.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑ-
ΤΟΥ ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ ΙΑΜ-
ΒΙΚΟΙ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ,

μετὰ προσθήκης Ἰωαχείμου τοῦ Καμε-
ραριάδου.

PHILE SAPIENTISSIMI
VERSVS IAMBICI, DE
Animalium proprietate,

CVM AVCTARIO IOACHIMI
CAMERARII.

EXPOSITA NVNC PRIMVM
EODEM METRO VERSVVM
Latinorum à

Gregorio Bersmano
Annæbergensi.





LIPSIAE

CVM PRIVILEGIO.

1575

24

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQ. PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO AVGVSTO, SACRI ROMANI IMPER. ARCHIMARESCALO, ATQVE ELEctori, Duci Saxoniæ, Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Burggrauio Magdeburgensi &c. Domino suo Clementissimo.

S. D.



VM IN VNIVERSA RERVM natura testimonia extant euidentia, & quasi vestigia presentiæ diuinæ expressa, vt cum sapientissimo poëta fatendum nobis sit,

Deum ire per omnes
Terrasq́, tractusq́, maris, celumq́, profundū:

tum verò in animalibus quàm ea sunt conspicua, quàm luce quod dicitur meridiana clariora? Nā vt de homine nihil in præsentia verborum faciam, quem à brutorum genere ratio distinxit, & huius interpres oratio: de eo duntaxat animantiū genere, quod cùm siue illius, siue huius, siue denique vtriusque vsura careret, ἄλογον græci nuncupa-

 runt,

runt, pauca quædam ſic poſtulante operis propoſiti inſtituto diſſeram. Atque horum contemplanti naturam, atque ad animum paullò accuratius reuocanti, non modò exempla ſuppetunt omnium officiorum, & imagines exhibentur, atq; adeò virtutũ effigies repræſentantur minimè ſimulatæ, minimè fucatæ, nõ vſu illarum quidem & exercitatione cõparatarũ, nec mentis iudicio acquiſitarum: ſed veræ atq; ſinceræ, à natura omniũ parente inſitarum: quib. tanquã regula & norma in conformandis moribus, atq; dirigendis vitæ actionibus, operibuſq; exigẽdis, rectè nobis vti ſit in promtu. Quis eſt enim tam demens, tamq; parum de ſe cogitans, qui cum beſtias aduertat, ſe, vitam, corpusq; tuentes, declinanteſq; ea quæ ſibi nocitura videntur, omniaq; quæ ſunt ad viuendum neceſſaria inquirentes & parantes, non excitetur ad conſimilem curam atque contentionem acquirendi ſibi ſuiſq; ea, quæ ad vitæ vſum pertinent, & quacunque ope poſſit, propulſandi omnem vim atque iniuriam à ſuo eorumq; quos genuit corpore, capite, atq; vita? Quis eſt ingenio tam ignauo, animoque inerte, pigro, ac ſegni, qui
cum

cum formicarum intuetur industriam, aut apum perpendit solertiam, non ad obeunda vitæ exacuatur munia, atque ad suscipiendas laborum molestias, difficultatesque exhauriendas extimuletur? Quis subditorum nõ excitatur ad colendum obsequio ac prosequendum reuerentia magistratum, cum apum considerat erga regem ipsarum obseruantiam, & obœdientiã admirandã, quam & amissum indagando, odoratuque sagaci persequendo testatam faciunt, & gestando infirmum, cum scilicet annis marcet, atque ad volandum minus est idoneus, attendentibus declarant? Quis principum, clementiæ ac lenitatis non admonetur, cum illum ipsum Regem aculeo armatum esse conspicatur, sed hoc minimè vti illum quidem ad offendendos lædendosque subiectos, animaduertit? Quæ ciuitas ad pacem atq; concordiam, qua sublata leges & iudicia esse nõ possunt, quaq; non modo ij quibus sensum natura dedit, sed etiam tecta atque agri lætari atque exultare videntur, non instigatur, cum formicarũ considerat Rempub. in tanta ciuium multitudine, pace mirifica consentientem, atque concordia incredibili sta-

 bilitam,

bilitam, ſuffultamque amore & beneuolentia? Diſciplinam domeſticam curamq; rei familiaris, commendat nobis galli gallinacei vigilantia, ac pro vxoribus ſuis ſolicitudo admirabilis: pietatem erga parentes ciconia nos docet, alens ſuos, fouens, atque ſuſtentans. Fidem, amicitiam, & gratitudinem nobis inſinuat canum erga heros fidelitas: humanitatem ac liberalitatem, oſſifragæ in pullos aquilæ benignitas ac beneficẽtia: iuſticiam, apum moderatio, quæ ex floribus illud quidem quod dulce eſt delibant atq; depaſcuntur, ſed nullum fructib. ipſis damnum dant. Fortitudinis exemplum eſt, non modò leonis animus inuictus, ſed reguli quoque inter auiculas minimi cum aquila pugna, deq; imperio certamen: temperantiæ, genus beluarum vniuerſum, neq; plus cibi capientium, quàm corporis requirit ſuſtentatio, neq; ſomno præter naturæ neceſſitatem indulgentium. Maritos caſtitatem docent columbæ ac turtures, ius matrimonij ſingulari colentes religione ac fide, adeò prorſus, vt nec mas nec femina alienum attingãt cubile, aut morte diuulſam coniugij ſocietatem nuptijs inſtaurent iteratis. Quid

cornices

cornices memorem, quæ mortuo marito, non vno atque altero anno, ſed nouem hominum ætatibus viduæ perſeuerare narrantur? In elephantis tanta perhibetur eſſe caſtitas, vt quam ſemel coitu impleuerint, eam contrectare iterum abhorreant. Deniq; nulla eſt magnarum verarumq́; virtutum, cuius ideam in brutis non minus atque in ratione præditis natura nobis conſpiciendam exhibuerit: id quod à Plutarcho cōfirmatur libello differente περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι. Verum enimuero eſt & aliud quoddam virtutum genus, quæ quod ſuapte ingenerantur natura, appellantur non voluntariæ: in quibus ingenij apparet quædam præſtantia, artesq; continentur & ſcientiæ. Atque à beſtijs multa artium genera homines didiciſſe, non illarum duntaxat, quæ mechanicæ vulgò nuncupantur, ſed & ceterarum, quæ & ſunt & appellantur ingenuæ, tametſi non eſt obſcurum: tamē vt hoc magis fiat planum ad eos, quibus dictum videri poterat mirabilius, exemplis aliquot rem declarabo, non alienis illis quidem ab argumenti huius propoſito. Et vt de arte Medica primum aliquid commemorem, artium omnium ſecundū

diuinum Hippocratem præclariſſima, iam hoc ratum eſt, certum, & indubitatum, teſte locuplete experientia, in multis medendi partibus, animantes hominibus extitiſſe magiſtros, monſtratis herbis, quæ generi humano vſui eſſent, atque ad medicandum ſalutares. Dictamnum enim herbam extrahēdis ſagittis idoneam cerui indicauere, quam & in Creta inſula capras ſilueſtres telo percuſſas quærere, ad eijciendum è corpore ſpicula, Ariſtoteles memoriæ prodidit. Rutæ aduerſus venena efficacitatem, muſtela oſtendit, quæ dimicatura cum ſerpentibus eam comedit, quod his odorem illius eſſe infeſtum non ignoret: Chelidoniæ vſum medendis oculis accommodatum hirundines primum prodiderunt, quæ nomen illi fecere afflictis pullorum oculis ea medētes. Marathri virtutem ab anguibus homines accepiſſe exiſtimatur, cum viderent ſerpētes hiberna latebra viſu obſcurato ſeſe herbæ huic affricare, atque eadem oculos inungere, ac refouere. Enematis vſum ab Ibi ad Medicos perueniſſe creditur, roſtri aduncitate per eam partem ſe perluente, qua reddi ciborū onera maximè ſalubre eſt. Prolixior ſum

his

his recenſendis, quàm aut neceſsitas poſtulare, aut ferre videtur opportunitas. Venio igitur ad alias quoq; artes, quarum riuulos à brutis nos hauſiſſe ſapientibus perſuaſum eſt. Quid quæſo araneis eſt contemtius, quid humano generi magis exoſum? Et conſtat ab his non modò texendi ſolertiam, qua nõ minus inſecta illa, atque lanificij præſes Minerua valere cõſpiciuntur: verumetiam geometriam, artium harum profeſſores didiciſſe. Nam & centrum ſeruant, idq; velut circino circumducunt, & circumſcriptionẽ (περιφέρειαν hanc græci vocãt) exactè ſciunt: neq; Euclide egent geometricis rationibus erudito. Medium autem illud punctum occupantes, muſcis inſidias ſtruunt, vnde & aucupes, & venatores idem de auibus atque feris experiri cœperunt. Neque verò texendi ſolummodo rationem norunt, ſed & ſarciendi præcellunt artificio. Si quid enim ex opere illorum ſubtili inprimis & admirabili ruptum appareat, id reſarciendo illico inſtaurant, integrumq; præſtant. Mitto nũc diuinandi ſcientiam, quam brutis acceptã, ſummi viri referunt: mitto alias artes, vitæ humanæ vtiles ac neceſſarias ab iiſdem ini-

tiò repertas, atque ab hominibus deinceps excultas, ne dicendi promtitudo legentibus afferat fastidium. Iam hoc exploratum est, nõ modò philosophos,(philosophos autem dico,non eos duntaxat, qui in scholis hac appellatione veniunt: Sed & antiquissimũ secundum Ciceronem è doctis genus poëtas) non hos igitur modò cognitum habemus, cum ad virtutum disciplinam homines exhortantur, animalium vti exemplis: verum etiam sacras literas, tanquam vitæ ac morũ regulas normamq́;, vel serpentum nobis proponere prudentiam, vel columbarum insinuare simplicitatem: vel ouium subijcere mansuetudinem: vel leonis ad animum nobis reuocare fortitudinem atq; constantiam. Quid, quod in Ecclesia multa officia ac functiones mutorum animalium comparatione repræsentantur? Sic boum mentione apud Iohannem Euangelistam, si Augustino credimus, dispensantes sacram scripturam Prophetæ & Apostoli indicantur, eò quod instar boum arando excolant animas nostras, inq́; ijs doctrinam verbi diuini disseminent: qua sanè sententia D. Paulus, & in Prouerbijs sapientiss. Iudęorũ rex Solomon,

vetant,

vetant obligari os boui trituranti: Sic in ſacris literis doctores atq; pręcones Euangelij, paſſim canes nuncupantur: & Eccleſia alicubi columbæ nomine denotatur. Atque tot extantibus teſtimonijs cum ſanctorum bibliorum, tum aſtipulantis cōmunis experientiæ, quid eſt quod dubitetur, verum eſſe id, quod initiò probare intendimus, propoſitas eſſe in animalibus virtutum imagines, & exempla. Cuiuſmodi præter συμπάθειαν & ἀπάθειαν, id eſt, admirandam vel coniunctionē atq; concordiam animaliū, vel eorūdē inter ſe diſcordiā atq; diſcrepantiam, permulta ab autore noſtro ſubijciuntur hoc libello: quem ipſe Michaëli Imperatori Conſtantinopolitano nuncupauit, ſiue Oppiani imitatione, qui ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ ſua Antonino dicauerat: ſiue potius Aeliani, qui eodem argumento ſub Antonino Pio volumen ediderat. Atq; de autore ipſo, præter Philæ nomen, nihil compertum habemus, neq; præter hunc libellum verſuum Iambicorum, ad nos operum illius peruenit quippiam. Cuius conſeruationem Arſenio Monembaſiæ Archiepiſcopo debemus, qui vnicū eius quod extabat exemplar, protritū iam

atque

atq; diſſutum, collegit atq; conſarcinauit, primuſque in lucem edidit nuncupatum Carolo V. Romanor. Imperat. Auguſtiſſimo. Eum libellum cũ à Iohanne Oporino, Viro de vniuerſa literatura præclarè typis ſuis merito, ante aliquot annos conuertendũ accepiſſet præceptor meus Ioachimus Camerarius, memoriæ reuerendæ, neque ipſe in iſta ætatis ingraueſcentis, atque valetudinis indies affligentis ipſum infirmitate, (cum ſatis morbi eſſet in ipſa ſenectute) labori huic obeundo eſſet amplius, immò occupationib. impediretur ſtudiorum grauiorum, atq; tractatione negotiorum Academiæ huius inſuauium, cui ſtudium curæ atque diligentiæ ſuæ annis nauauit triginta tribus: factum eſt vt labor expoſitionis iſtius tandem ad me deuolueretur, quem & de præceptoris vnicè mihi colendi iuſſu ſuſcepi non inuitus, & cum tanti viri iudicio fructuoſum exiſtimaretur, ꝙ in opere iſto verſibus latinis reddendo ſumeretur operæ, vel eorũ cauſſa, quorũ fortaſſe intereſſet extare libellum hunc græcolatinum, facilius mihi perſuaderi paſſus ſum, vt onus iſtud humeris meis minimè factum ſubirem. Accidit

autem

autem fato quodam, vt irrecuperabili studiorum liberalium iactura, Magnus ille Ioachimus è vita excederet prius, quàm huius meæ operæ Aristarchum agere posset, cum ipsius censura atque iudicio præcipuè mihi opus esset, in eiusmodi præsertim conatu, qui nõ cariturus esset aliquorum aculeis ac repræhensione. Quod cum aliter ceciderit atque ego putaram, ἀναστηλέον τοῦτο δηλαδὴ εἰς τὸν θεὸν, qui singulare illud non Germaniæ tantùm sed totius Europæ ornamentum terris diutius superesse noluit, atque ex hac miseriarum & ærumnarum valle ad se in cœlestem Academiam euocauit: neque de viri feliciter & sanctè defuncti obitu, aliquid querelarum vsurpandum est amplius, lamentatione & mortuo ipsi minimè grata, & nobis acerba, & mihi inprimis luctuosa. Etsi enim, vt Oratij versibus huc accommodatis vtar, Multis ille bonis flebilis occidit: tamen Nulli flebilior, quàm mihi: id quod sentire magis mihi libet, atque indies experiri in promtu est, quàm de dolore meo aliquid verborum facere attinet: his præsertim temporibus atque moribus, quibus non modò sapere existimantur, qui secundum poëtam

in

in tacito gaudent ſinu, ſed etiam qui luctus
ſui teſtes habent quàm paucisſimos. Vt au-
tem reuocetur inde oratio, quò recordatio-
ne mortis viri incomparabilis, prȩter opinio
nem meam delapſa eſt: excelſitatem tuam,
Pr. Elector clementisſime, ac ſtudiorum li-
beralium, inprimis verò pietatis religioſæ
fautor, & propugnator præcipue potentiſſi-
meq́; , quanta maxima poſſum ac debeo re-
uerentiæ ſubiectione imploro: te libello
huic, quem correctore ſuo atq; cenſore, de-
ceſſione Ioachimi orbatum eſſe diximus, pa-
tronum ſubmiſſè atq; enixè inuoco, vt hu-
ius clementiſſ. fauore protegatur aduerſus
maleuolentiæ atque calumniæ obtrectatio-
nem. Quod vt facerem audactius, non mo-
dò incredibilis clementiæ tuæ erga μουσῶν θε-
ράποντας καὶ ἀγγέλους (vt cum Theognide lo-
quar) munificentia, atq; in me ſcholæ ſuæ
illuſtris, ac clementiſſ. beneficij alumnum
liberalitas, ac beneficentia ſingularis cohor-
tata eſt: ſed etiam monuit, atque adeò cun-
ctantē impulit is, quem honoris cauſſa no-
mino, Ioachimus, cum me huius conuerſio-
nis muneri ſubſtitueret. Quia enim non
ignorabat excelſitatem tuam, cùm omnis li
beralis

beralis doctrinæ atque cognitionis ſtudio teneri: tum eius inprimis philoſophiæ, quæ de naturæ eſt obſcuritate, ad quam pertinent quæ hoc libello de animalium diſſeruntur proprietate: propterea auctor mihi erat, vt opuſculum hoc à me perfectum abſolutumq́ue, clementiſſ. excelſitati tuæ peculiariter nuncupatum mitterem, permiſſa, ſicut par erat, clementiæ ipſius, omni & admonendi & corrigendi poteſtate. Quod illius conſilium, & compellationis meæ confidentiam vt illuſtriſſ. excelſitas tua in bonam accipiat partem, & clementiæ ſuæ ſententia comprobet, ſubiectiſſima reuerentia maiorẽ in modum etiam atque etiam peto atque oro: cui & ſtudium huic impenſum operæ probari, & nõ malè poſitum eſſe videri enixè cupio: & omne de eo iudicandi decernendiq́; ius ac poteſtatem concedo ac permitto. Precor autem æternum Deum, δωτῆρα ἐάων, vt illuſtriſſ. excelſ. tuam opibus, dignitate, autoritate, potentia, rebus omnibus ſemper florentem, cum illuſtriſſ. domo familiaq́; vniuerſa, ac Regij generis eximia pientiſſimaq́; coniuge, & inclyta tantiſq́; parentibus ſobole digniſſima, cunctiſq́; ditioni ſuæ ſubiectis

iectis, pro clementia inexhauſtæ bonitatis ſuæ, atq; immenſæ benignitatis fauore tueatur, protegat, conſeruet, ac ſpiritu ſuo ſancto Excelſ. tuæ mentem ac voluntatem moderetur, dirigat, ac gubernet ad laudem & gloriam ſanctiſſ. nominis ſui, & ſanctæ Eccleſiæ fructuoſum patrocinium, ac Reipub. commoda ac felicitatem, atque ſcholarum in his terris incrementum, per filium vnigenitum ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, σωτῆρα καὶ φύλακα γένους ἀνθρωπίνου. Amen.

Illuſtriſſ. Excelſitati tuæ

Subiectiſſ. alumnus

Gregorius Berſmanus.

MICHAEL BARTH AN-næbergens. Philos. & Medic. Doctor & Professor publ. Lectori.

COLLEGERAT Græcos PHILES ceu flosculos
Ex Æliani Aristotelisq; siluulis,
Pererrat omne quas genus animantium:
Bersmanus hos miscens Latinis floribus,
Contexuit variam ex eis corollulam:
Sic virgo bella purpureis violas rosis
Alternat, & sertum suo capiti parat.
Tu cui librorum est elegantûm copia
Curæ, hac etiam, tibi consulo, corollula
Tuam nitentem Bibliothecam adaugeas.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΦΙΛΗ ΣΤΙΧΟΙ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ἰδιότητος, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα κύριον Μιχαήλ.

Ἐχρῆν Ἀδὰμ μὲν τὸν γενάρχην τὸν μέγαν,
τοῦ δεσπότου τὴν ἐντολὴν δεδεγμένον,
τηρεῖν τε καθαρὰν τῆς ψυχῆς τὴν ἀξίαν,
καὶ θηρίων ἄρχοντα παντοίων μένειν.
ἐπεὶ φαγὼν δὲ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως,
παρευθὺ τὴν γυμνὴν ἔγνω καθυβρίσας,
ἤμειψε καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἐξουσίας,
καὶ θῆρες αἰδοῦς ἀγνοήσαντες νόμους,
ὡς δυσμενῆ φεύγουσι τὸν πρὶν δεσπότην.
καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες τοῦ κράτους,
ῥήσσουσιν εἰς ἔσεργον εὐνοίας βρόχους,
καὶ ζῶσι λοιπὸν, ἐν ἐρήμοις γῆς τόποις.
ἐγὼ δέ σοι θήρατρον εὐνοίας πλέκων,
φυγάδας ἤνεγκα τούτους ἐξ ἐρημίας.
σέθεν γὰρ ἀνατέλλοντος ἡλίου δίκην,
ὡς εἶπε Δαυῒδ ζωγραφήσας τὴν κτίσιν,
εἰς μάνδραν ἐχρῆν συνδραμεῖν τούτους λόγων.
καὶ λίνα ῥυθμοῦ τεχνικῶς ὑφαρμόσας,
πολλῶν πετεινῶν οὐ παρέδραμον φύσεις.
καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγων,
συνέσχον ἰχθῦς τῇ πλοκῇ τῆς λέξεως.
ὡς ἂν ἔχοις καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα βλέποις,

εἴης

SAPIENTISSIMI AC ERVDITISSIMI PHILE VERSVS DE Animalium proprietate, ad Imperat. Dn. Michaëlum.

SERVARE constanter DEI leges sacras,
Nostræ satorem, par erat, propaginis
ADAMVM, & integrum tueri animi decus,
In belluasq; ius sibi datum imperi.
Verum arboris postquam cibos vetitæ attigit,
Honore protinus excidit tali miser,
Nec retinuit speciem potestatis parem:
Feræq; neglectis pudoris legibus,
Fugiunt vt hostem, pristinum perosæ herum.
Frenoq; roboris prehenso mordicus,
Amata rumpunt caritatis vincula,
Nemorumq; pascunt abditis in saltibus.
Sed beneuolentiæ implicatas retibus,
Quæ nexui tibi, fugaces retraho.
Te nanq; solis instar in lucem edito,
Creationem Dauid vt pingens ait,
In septa cogi carminum has oportuit.
Numeriq; lina ego affabre texens tibi,
Varium volantium genus recensui,
Atq; omne doctrinæ profundum animo eruens,
Pisces locutionis egi in retia.
Ne cuius, Imperator ò, scientiæ

εἴης μαθών τ' ἀλλ' εὐτυχὴς αὐτοκράτορ.
ποῖος γὰρ ἄλλος προσφυὴς μᾶλλον φόρος
ἄνακτι, πατρὸς αὐσονάρχου φιλτάτῳ;
οὐ τὴν ὑπερφυῆ τε καὶ ξένην φύσιν,
καὶ τὸν γλυκασμὸν, καὶ τὸ πρὸς πάντα κράτος,
καὶ τὸν πλατυσμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸν τρόπον,
ὀκνοῦσιν ὑμνεῖν οἱ κατ' ἄνθρωπον λόγοι.
νικᾷ γὰρ αὐτοὺς, κἂν παρὼν, φράζοι πλάτων,
αἰγυπτιὸς ὡς τοῖσι πλεθροῖς τὰς ἐμπίδας.
μᾶλλον δὲ κἂν ἓν εὑρεθῇ πάντων στόμα,
καὶ πρὸς λόγων ἅπασαν ἀρκέσῃ χάριν,
προσῆκον οὐδὲν, τῷ τεκόντι σε φράσει.
τῇ γὰρ σιωπῇ, τοῦτον ὑμνήσει πλέον.
εἰ μὴ θρασυνθὲν εἰς κενοὺς ᾄδοι κτύπους.
πλὴν εἴ τι καινὸν ἡ διήγησις φέρει,
τῆς γε φύσεως καὶ τούτου τῆς πολυτρόπου.
ἧς οἶδε σαφῶς τοὺς ἀποκρύφους λόγους,
ὁ καὶ προμηθῶς, καὶ σοφῶς πάντα κτίσας.
ὅσον γε μὴν ἔνεστι τοῖς λόγοις τέρας,
τῆς τῶν παλαιῶν τοῦτο γε φιλοτιμίας.
ἐξ ὧν περ εὑρὼν τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων,
τὸν εἱρμὸν ὠργάνωσα τῆς εὐρυθμίας.
ἕλλησι μὲν γὰρ τοῖς σοφοῖς, καὶ βαρβάροις,
ὡς δημιουργοῖς καὶ βραβεῦσι πλασμάτων,
οὐ φορτικὸν τὸ ψεῦδος, ἀλλ' ἀνεύθυνον.
ἡμῖν δὲ δεινὸν τοῖς τιμῶσι τὸν λόγον,

Esset laborandum tibi pænuria.
Nam rege quod rear tributum dignius
Oenotriæ incluto Imperatoris satu,
Cuiusq; naturæ decus præstabile,
Et suauitatis, et facultatis paris,
Et alacritatem mentis, et mores probos,
Humana languet prædicans facundia?
Quæ nec PLATO si præstò sit, memoret satis,
Potiora quauis eloquentia, suis
Ceu vultur alis antecellit culicibus.
Nec omnium vnum si sit os mortalium,
Omniq; verborum lepore præditum,
Genitore quidpiam tuo dignum accinet,
Quem prædicabit amplius silentio:
Nisi aliquem inanis efferat fiducia.
Quod si quid hæc habet noui narratio,
Naturæ id acceptum feras fac dædalæ.
Cuius recessus scit probè reconditos,
Qui prouidè et sapienter omnia condidit.
At quidquid his prodigij inest sermonibus,
Id scilicet veterum ambitio nobis parit,
Hos vnde concinnaui ego modos versuum.
Haud Græciæ sapientibus, nec barbaris
Quos fabula autores habet, quosq; arbitros,
Obnoxium est culpæ loqui mendacium.
Sed non idem nobis licet reuerentibus

ὅς ἐστι φῶς, ἄνωθεν ὠθοῦν τὸ σκότος.

Περὶ ἀετῶν.

Τοὺς ἀετοὺς, κράτιστε, τοὺς ὑψιδρόμους,
πωτοῦ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρους,
τέθηπα τὸν κτίσαντα τὴν τούτων φύσιν.
ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ὡς κρατίστους ὀρνίθων,
παθῶν ἐπαχθῶν εὑρεθῆναι κρείττονας.
πλὴν ὀξυδερκής ἐστιν ὁ πτηνοκράτωρ,
καὶ μέχρι σητὸς, ἐκ νεφῶν πάντα βλέπει.
τούτου δὲ καὶ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων,
ἔπληξέ τε παραχρῆμα, καὶ συνεστάλη,
καὶ τοὺς μυχοὺς ὑπῆλθε τοὺς ἀποκρύφους,
μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ.
θηρᾷ δὲ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα,
καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος.
ὃς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας τέως,
ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
τῶν φιλτάτων τίς ἐστι, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
ὀφθείς γε καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας.
ὁ δ᾽ αὖ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως
ἀλλοτρίου τόκος τ᾽ εὑρέθη σπέρματος,
καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.
εἶναι δέ που λέγει τις, ἀετοῦ γένος,

κρεῶν

Orationem, quæ est fugans tenebras iubar.

De Aquilis.

Aquilas videns, ò Imperator, altius
Volucribus, per aëra immensum vehi,
Demiror harum fabricatorem Deum,
Fortißimam inter qui volantes alitem
Molestijs exemit, ipsam humo efferens.
Nil illius oculorum acutius acie,
Tineam procul videntis vsque nubibus.
Clangore cuius illico audito Draco
Horrescit, atq; percitus formidine
Subit latebrarum specus absconditos,
Rapacibus ne præda fiat vnguibus.
Hæc anseres, hæc capreas venatur, et
Leporem vagum, validumq; taurorum genus.
Pullosq; plumarum carentes tegmine,
Velut nothos examen ad ducens nouum,
Solis fidem explorat probatam iudicis,
Iubarq; mandat lumine aduerso pati.
Quod sustinens acie irretorta, carior
Est ante cunctos, criminis ceu nescius.
Conniuet at qui lumine refugo, nothamq;
Se prodit ipsius degenere prolem metu,
Nidoq; protinus relegatur miser.
Sed esse quoddam aquilæ ferunt genus, cibo

κρεῶν ἄφεστος, καὶ σιτουμένον χλόης.
θήρας γε μὴν ἐκεῖνος ὁ κρεωβόρος,
ὅλως ἂν οὐκ ἅψαιτο τῆς ἀλλοτρίας.
ἐν ἄσθματι γὰρ φυσικῆς ἔθεν δυσοδμίας,
τὰ τῆς τροφῆς λείψανα τηρῶν ὡς λέων,
παντὸς πέλει νοσοῦ δυσμενὲς εἴργει θράσος,
ὡς ἂν ἐπ᾽ αὐτὰ δυστυχῶν ὑποστρέφοι.
πτερὸν γὰρ πᾶν ἔφθειρεν ἡ τούτου πτέρυξ,
ἂν ὁ πτερωτὴς τῶν βελῶν τοῦ τοξότου,
λαθοῦσαν αὐτὴν εἰς φαρέτραν ἐμβάλῃ.
τούτου σὺ βασιλεῦ τὸν πολὺν ζώοις βίον,
ἀεὶ νεουργῶν, καὶ κραινῶν τὴν φύσιν.

Περὶ Γυπῶν.

Γὺψ ὁ πτερωτὸς, καὶ πολὺς, καὶ τετράπους
ὄνυχας ὀξεῖς τῶν ποδῶν ὑπεκφύει.
καὶ πορφυροῦς μὲν ἐστὶ τοῖς ἐμπροσθίοις,
τὰ δ᾽ ἄλλα λευκὸς, τὴν γε μὴν δέῤῥιν μέλας.
καὶ πῦρ χέων ἄντικρυς ἐκ τῶν ὀμμάτων.
ἐκ τήν τε κεφαλήν γε, βασιλεῦ, καὶ τὸ στόμα,
κἂν μακρόθεν βλέπῃ τις, αἰετὸς λέγει.
πλὴν μαντικὴν ἔχουσιν οἱ γύπες φύσιν.
καὶ γὰρ συνεκδημοῦσι τοῖς μαχουμένοις,
τῶν σωμάτων ἐλπίδι πεζουμένων τότε.
μεμηνάσι γὰρ τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων,
ὡς ὀξυπεῖναι, καὶ σπαράττειν, καὶ βλάκες,

Quod carnium abstinens, oleribus victitat:
Cum carniuora, non carne contrectet alium
Pastum: futuræ quæ timens pænuriæ,
Anhelitus graueolentia sui, vt leo,
Seruans adesi portionem edulij,
Tuetur infesto volucrum ab agmine,
Quod repetat ipsa post laborans inedia.
Non huius alarum ferunt commercium,
Pennæ volantum ceterarum, repositæ
Grauida sagittis in pharetra, clam viro.
Illius vt viuendo secula exigas,
Annisq́ viribusq́ Rex, precor, integer.

De Vulturibus.

Alatus est, præaltus, atq quadrupes
Vultur, pedumq́ armatus vnguibus feris.
Aduersa cuius purpura est vestita pars,
Postica niue, pellis nigrore tingitur,
Ignemq́ binæ luminum fundunt faces.
Cuius caput et os si quis eminus videt,
Aquila est ait, falsus dolosa imagine.
Sed quis futuri præscios ipsos neget?
Quod expeditos prosequuntur milites,
Præsensione stragis, atq corporum
Adducti inexpleta necatorum fame,
Cohors famelica, laniatrix, futilis,

οἱ τῷ μύρῳ θνήσκουσι κανθάρων δίκην.
θῆλυς δὲ πᾶς γὺψ, καὶ σπορᾶς ἄνευ κύει.
χαίνων γὰρ ἀντίπρωρος ὕψους πρὸς νότον,
συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου,
στρουθοὺς πτερωτοὺς ἄρ᾽ ἀπὸ μήτρας ἐξάγει.
οἱ ζῶσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύχων ἁρπάγων,
πνίγους καλιῶν εὑρεθέντες κρείττονες.
τοὐναντίον δέ φασι τοὺς αἰγυπίους
τίκτοντας ὠὰ τῇ σπορᾷ τῶν ἀρρένων,
εἰς τὰς καλιὰς τοὺς νεοττοὺς ἐκγλύφειν,
ἀγαθῆς τε ῥώμης καὶ πτερῶν ἀλλοτρίους.
εἶναι δὲ καὶ τοὺς μέλανας ὡς αἰγυπτίους.

Περὶ τῆς μεγάλης στρουθοῦ.

Στρουθὸν δέ φασι τὴν μεγάλην οἱ Φρύγες
οὖσαν πτερωτὴν, τοῖς ποσὶ χρῆσθαι πλέον.
ὤκιστα γὰρ θέουσαν εἰς ἄρσιν μέσην
κολποῦν ἑαυτῆς τὰ πτερὰ πρὸς τὸν δρόμον,
ὡς λαῖφος οἰδοῦν ἐκ πνοῆς πλησιστίου.
ὠῶν δὲ συχνῶν εὑρεθεῖσαν ἐργάτιν,
τὰ μὴ καθαρά γε τῆς γονῆς ἀποκρίνειν.
ὅσους γὰρ ἐξέλεψεν ἡ ζέσις τόκους,
ἐν τοῖς ἀπορρεύσασι κυλίνδροις τρέφειν.
καὶ τὴν διωκτὴν γειτνιέντων ἀθρόον,
ῥιπτεῖν κατ᾽ αὐτὴν τοὺς ὀπισθίους λίθους.
τοῖς ἐκλιναγμοῖς τῶν ποδῶν τοῖς εὐστόχοις.

Unguenta nec pati valens, ceu canthari.
Non masculos hoc fert genus, sed feminas,
Quas Auster implet, influens hiantibus:
Cuius recepto spiritu, pòst tertio
Dant vere partus, semine absq; comparis.
Qui septa nidi non ferentes, illico
Victum rapina comparant ex vnguium.
Sed non idem hoc vsuuenire Ægypijs
Existimatur, oua qui maris satu
Dant: de quibus nec viribus, nec tegmine
Pares prioribus educantur vultures,
Nigro colore, Nili vti gens accola.

De magna Struthione.

Pennigera cum sit, vtitur magis tamen
Magna pedibus Struthio, Phryges quod asserunt.
Urgensq; iter cursu, leuatas explicat
Alas, vt has implens Notus ceu carbasa,
Ipsam secundo prouehat spiramine.
Cumq; oua pariat copiosa, segregat
Quæ fœtibus parum statuit idonea.
Exclusit at quæ vi calor genitabili,
Hæc defluente nutrit in testa fouens.
Quod si quis insectetur ipsam cominus,
Hunc impetens lapidum repellit verbere,
Iaculationibus pedum non irritis.

Hæc

καὶ τὴν καλιὰν τοῖς ποσὶν διαγλύφειν
εἰς ἀνέχουσαν ψάμμον ἐν τῷ δαπέδῳ.
ἧς καὶ τὰ νεῦρ᾽ ἐστὶ, βασιλεῦ, καὶ τὸ στέαρ,
πολλῶν ὀδυνῶν εὑρεθῆναι φάρμακα.
ταύτην δ᾽ ἔτ᾽ ἀνατεμών τις εὑρήσει λίθους,
οἳ τοὺς πόνους θραύουσι τῆς ὀφθαλμίας.

Περὶ Ἐρωδιῶν.

Ἐρωδιοὺς νῆσός τις ἑλληνὶς τρέφει,
οἳ τὴν ἑαυτῶν εὐγενίζοντες φύσιν,
ὅσους μὲν οἶδ᾽ ἂν ἴδωσι δεῦρο βαρβάρους,
μισοῦσι καὶ φεύγουσιν ὡς πλέον γένος.
ὅταν δέ γε κατάρῃ τις ἐκ τῆς ἀτθίδος,
εἰσὶ προσηνεῖς, καὶ φιλέλληνες πάλιν.
εὐθὺς γὰρ αὐτῷ προσδραμόντες ἀθρόοι,
τείνουσι τὰς πτέρυγας, ὡς χεῖρας φίλοι.
κἂν ἔτος αὐτοῖς ὡς ἔθας προσεγγίσῃ,
στέργουσιν ἐπαφὴν εὐμενοῦς ἀλλοτρίου.
οὕτω πτερωτοὶ τοῦ φιλεῖν διδασκάλους
τοῖς ἀπτέροις δίδωσιν ἡ νῆσος ξένοις.

Περὶ κόρακος.

Διψῆν δέ τοι τὸν κόρακα φασὶν ἐκτόπως,
θέρους ἐν ἀκμῇ δυστυχῶς πεφευγμένον,
ὡς καὶ τραγῳδεῖν ἐξ ἀνάγκης τὸν πόνον.
καὶ μανικὴν τὸ φθέγμα πολλάκις γ᾽ ἔχειν.

πλὴν

Hæc eminentem ſuper arenam conſtruit
Nidum, pedibus affabre formans in ſolo.
Eiusq; nerui, Rex, adepsq; plurimos
Leuant dolores vtili medicamine:
Oculisq; tollunt ægritudinem, cauo
In ventre diſſectæ reperti calculi.

De Ardeis.

Eſt Græciæ inſula, quæ ſuas fert Ardeas,
Generoſum et inclytum genus, quod res docet.
Quos nanq; natione barbaros vident,
Fugiunt peroſos, ceu volantes ceteras.
Sin Græcus iſtic applicet ratem aduena,
Comes huic præbent ſe, huic amabiles,
Gratantis obuiam agminis factæ choro.
Alasq; pandunt, velut amici dexteras.
Qui ſi propius, vt notus, illis applicet,
Amant peregrini manum non maleuoli.
Sic beneuolentiæ magiſtros alites,
Implumibus dat inſula iſthæc aduenis.

De Coruo.

Sæua laborantem ſiti coruum ferunt
Æſtate torreri furente impenſius,
Tragicis laborem prodat hunc vt queſtibus.
Illi os futuri exiſtimatur præſcium.

Sed

πλὴν τοῦτο πιστὸν, ὡς μελαίνει τὰς τρίχας,
τὸ κόρακος ὠὸν συντεθὲν τῇ μυρσίνῃ.
χρὴ μήν γε βασιλεῦ, τὸν δολοῦντα τὴν κόμην,
μύσαντα τῷ στόματι τότε συνέχειν στέαρ,
μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα
τραπὲν μελανθῇ, τῆς βαφῆς προηγμένης.
κόραξ δὲ κακῶς τοὺς κακοὺς τόκους τρέφων,
οὓς αὐτὸς ἐξέλεψε τοῦ γένους χάριν.
ὅταν ἐπιστῇ καὶ βραχὺς πείνης χρόνος,
βορὰν ἑαυτὸν ταῖς γοναῖς ἀντεισφέρει.

Περὶ Πελαργῶν.

Ἀλλ' οἱ πελαργοὶ τοὺς ἑαυτῶν φιλτάτους
ἐν ἀφθόνοις τρέφουσι ταῖς χορηγίαις.
καθὼς ἐρωδιοί τε, πελεκᾶνες θ' ἅμα.
οἱ φίλτατοι δὲ τοὺς γονεῖς μετὰ χρόνον
ἀντιτρέφουσιν αὖθις, ὡς εὐεργέτας.
τροφὴν δὲ τὴν ἐχθὲς, ἀνεμοῦσι τήμερον,
πρόσφατον οὐκ ἔχοντες, εἰ τύχοι, τρύφος.
καὶ δευτέραν τράπεζαν ἐξερασμάτων,
ἡ φύσις αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ἀρτύει.

Περὶ Ταῶνος.

Πτεροῖς ὁ ταὼς γαυριῶν πολυχρόοις,
λοξῶς ἀνακλᾷ, καὶ σοβεῖ τὸν αὐχένα,
καὶ τοὺς θεατὰς ἐκφοβῶν ἀκινδύνως,

κλυπεῖ

Sed hoc fide dignum, quod oua eius pilos
Permiſta myrto denigrant. At qui ſuas
Adulterat tali comas medicamine,
Adipem ore contineat oportet, ne ſimul
Nigreſcat album dentium cum crinibus,
Infectione hac contrahens nigredinem.
Securus idem amoris erga liberos
Quos edidit propaginis ſpem, nequiter
Hos paſcit: at famelicis, ieiunio
Vrgente, comedendum exhibet ſe annis grauis.

De Ciconijs.

Verùm Ciconiæ, ſimiliter vt Ardeæ
Ac Pellecani, quos habent cariſſimos
Pullos, opipara nutriunt alimonia.
Sed hi viciſſim beneficos alunt ſuos,
Parentibus gratam rependentes vicem.
At deſtituti copia victus noui
Reuomunt, quod aluus pridie ingeſſit vorans:
Menſamq́, re poſcente, natura alteram
Ipſis vomitionum hanc parat de reliquijs.

De Pauone.

Colore pennarum ſuperbiens auis
Iunonis, inflexam rotans ceruicem agit,
Metuq́, ſpectantes inani territat:

Alis

κλυπεῖ μεταξὺ τοῖς πτεροῖς, ὡς ἔνοπλος,
ὅτε κρεμαστὸν γωρυτὸν στρέφων τρέχει.
κἀναπάλιν αὐτοῦ ἐστιῶν ἐκ τῆς θέας,
πτέρωσιν αὐτοῦ τὴν κατόπιν ὑπανιστάνει.
τὴν σφαιροποιῶν, καὶ σοφῶς ἐπικλίνων,
ἀκμὴν θερινῆς φλεγμονῆς ἀποστέγει.
καὶ πνεῦμα λεπτὸν τοῖς πτεροῖς διαρρέον,
ἀναψύχει τὸν ὄρνιν ἐξοπισθίου.
ἀλλ' ὦ σὺ βασιλεῦ, μὴ παρέλθῃς τὴν θέαν,
λειμὼν γάρ ἐστιν ἡ γραφὴ τῶν ἀνθέων,
χρυσὸς δὲ λεπτὸς ἐγχεθεὶς τῇ πορφύρᾳ,
σμάραγδον ἁγνὸν ἐμφυτεύει τῇ κράσει,
καὶ σύνθετον φῶς, καὶ πτερωτὴν αἰθρίαν,
ἀκτῖσι φυσικαῖς μειδιῶσαν σύν τισι.
τοῖς δὲ πτεροῖσι καί τινας ἀθρήσεις τύπους,
εἰς ὀμμάτων μίμησιν ἐκπεπλασμένων.
οἷς κλέπτεται τὸ χρῶμα τῆς ποικιλίας.
κοινοῦν ἑαυτὸ πρὸς λαβὰς ἰνδαλμάτων.
συστέλλεται δὲ καὶ κατασπᾷ τὸν τῦφον,
ὁρῶν δυσειδεῖς ἐκ ῥυτίδων τοὺς πόδας,
ταὼς ὁ θερμὸς ὄρνις, καὶ θρασὺς τέως.
αἰσθάνεται δὲ τῆς τιμῆς καὶ τῶν κρότων,
ὡς ἄν τις αὐτῷ προσφυῶς διαπλέκοι.
ἔτους δὲ συντίθησι τὴν ὥραν τρίτου,
τῇ καταμικρὸν τῶν πτερῶν καταστάσει.

Περὶ

Alis crepans, ceu miles armis horridus,
Aut qui pharetram concutit telis grauem.
Mox rursus ad spectaculum inuitans eos,
Postica pandit carbasa alarum erigens:
Quibus reflexis instar orbis callidè,
Pennis opacans semet, æstum reprimit.
Atque aura perflans tenuis, et spirabilis,
Corpus calore flagrans retro refrigerat.
Sed præter hoc ne, Rex, eas spectaculum,
Quod floridum coloribus pratum refert,
Aurumque perfusum liquore muricis,
Auroque viridis insitum gemmæ iubar.
Æthræque pennatam serenitatem agunt
Radij comantes proprij fulgoribus,
Typosque præ se luminum pennæ ferunt
Micantium, nutantiumque perpetim,
Quibus varietatis sibi asciscit decus,
Quod imaginum seruit prehensionibus.
At fortè rugis indecoros vbi pedes
Aspexit ales nobilis, superbiam
Ponit, stupore percitus, et audaciam,
Haud laudis applaudentium ipse nescius,
Opes quibus laudatus ostentat suas.
Sed ante non has prodit annum tertium,
Nec antè plumarum nitet coloribus.

Περὶ πελεκάντων.

Κόγχην δὲ πελεκὰν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις,
κἀναπάλιν αὐτὴν ἐξενεγκών, ὀστράκοις
τὸ σάρκιον βέβρωκε ληφθὲν εὐστόχως.
τοῦ γὰρ τόνου θλάσασα τὰς κλεῖς ἡ ζέσις,
ἔλυσεν ἃς ἔσφιγξεν ἡ κόγχη πτύχας.
ἐρωδιῷ δέ τε καθ' ἅπαντος ὀστρέου,
τοῦτ' ἔργον ἐστὶ, συντελοῦν εἰς τὸν βίον.

Περὶ κύκνου.

Κύκνος δὲ θανατῶν, ἐμμελεῖς φθόγγους πλέκει,
καὶ τῆς τελευτῆς δεξιοῦται τὸν χρόνον,
τοῦ ζῆν τὸ θνήσκειν ἀσφαλέστερον κρίνων.
ἀνίσταται γὰρ τῶν πτερῶν ἡ πυκνότης,
νευρῶν τάσιν γ' ἔντεχνον ἐκμιμουμένη.
καὶ πλῆκτρον εὐθὺς ὁ ζέφυρος ἐπιγίνεται.
αὐτοῦ δὲ φυσικῷ τοῦ τραχήλου βαρβίτῳ,
κινεῖ τὸν εἱρμὸν τῶν μελῶν ὁ τεχνικὸς
πανηγυριστὴς εὑρεθεὶς τῆς ἐξόδου.
βακχεύεται δὲ ταῖς ἀπίστοις ἐλπίσι,
ποθῶν ἀτεχνῶς τὴν φθορὰν ἐπιτρέχειν.
ἄνθρωπε σὺ φιλόψυχε τὸν κύκνον βλέπων,
πρὸς τὴν τελευτὴν εἰ φρονεῖς, μὴ συγνάσῃς.

Περὶ Γεράνων.

Ὕς ἐστὶ

De Pelecanis.

Concham Platea viscerum immersam sinu
Reuomit, carunculamq; testis eximens,
Hinc esculenta ritè colligit sibi.
Nam claustra postquã fregit aluus percoquens,
Hiscunt plicæ, quas nexuit conchilium.
Quod idem Ardeæ præbere victum creditur,
Reiecit ore pondus vt testarum iners.

De Cygno.

Leto imminente Cygnus harmonicum melos
Nectit, supremum carmine excipiens diem,
Mortemq; vita tutiorem iudicans.
Erecta sursum nanq; pennarum seges
Neruos refert attemperatos callidè,
Quos Zephyrus impellens velut plectrum ferit.
At ipse colli multiformi barbito
Concinnat arte cantuum melodias,
Queis nænias sui celebrat funeris.
Bacchatur autem spe ferè non credula
Desideratæ mortis, horam sub necis.
Tu cûi nimis vitæ est amor cordi, videns
Cygnum, supremum desinas queri diem.

De Gruibus.

Τίς ἐστὶ τῶν γεράνων στρατιὰν ὃς ὁπλίσας
θεσμοῖσι φυσικοῖς, καὶ πτεροῖς ὀξυδρόμοις,
ἐπὶ τὰ κατ᾽ αἴγυπτον ἀπεξάγειν μέρη,
τὸ τοῦ κρύους φεύγουσαν εὐτέχνως βέλος;
ὃ κρύπτεται μὲν ὡς φαρέτρᾳ θρᾳκικῇ,
λυμαίνεται δὲ τὴν ὑπόπτερον φύσιν,
ὑπαιθρίοισι πνεύμασ᾽ ἐστομωμένον.
τίς ἕρμα ποιεῖ τῇσι γεράνοις τὰς λίθους,
ἃς ἐγκαθειργνῦσι τοῖς παρισθμίοις,
πρὸς τὰς ὑπὲρ γῆς ἐμβολὰς τῶν πνευμάτων;
δεδοίκασιν γὰρ ἐκ τροπῆς ἀταξίαν,
ὅταν ὁ ταρσὸς τῶν πτερῶν τοῖς ὀρνέοις
ἔρημον ἰχνῶν ἐκ τέμη παραγῶν τρίβον,
εἰς ὁρμαθὸν τρίστοιχον ὀξυγωνίου.
τίς αὖθις αὐτῶν ἐκδοθεῖσας τὰς λίθους,
ὅταν ὁ μακρὸς τοῦ πτεροῦ λήξη δρόμος,
ποίησε κριτικὰς τοῦ χρυσοῦ τοῖς ἐμπόροις;
ὅταν δὲ καθεύδωσι ῥάστωνης χάριν,
ποίου στρατηγοῦ τακτικοῦ γνοῦσαι νόμους,
εἴργουσι πᾶν ἔξωθεν εἰσπίπτον δέος,
σωτῆρσι πιστοῖς, καὶ σκοποῖς ἀνεσπέροις.
οὓς τίς πάλιν ἔπεισε παρ᾽ ἄλλοις λίθοις
ἀσκωλιάζειν εἰς ἀκάματόν γε στάσιν;

Περὶ Περδίκων.

λάγνον δὲ τὸ φιλόθηλυ περδίκων γένος.

τὰ γὰρ

Quis est, grues qui militaris agminis
Ritum docet, Memphitidisq́; ad vltimas,
Cursus per auras incitati remige,
Abducit oras, frigoris fuga horridi.
Quod Thracica telum velut reconditum
Pharetra, volucrem lædit, erumpens concita
Vi flaminum, intensum quibus fit acrius?
Quis verò easdem deuorati pondere
Lapidis, carinas ceu saburra degrauans,
Aduersus incursum Noti stabilit ferum?
Cuius repulsæ flatibus, suam timent
Aciem volantum dissipari, quòd viam
Vestigiorum non legat tritam sequens
Agmen, triquetri instar cum acutis angulis.
Quis cursibus longi peractis itineris,
Quos tum lapillos euomunt, hos indices
Auri dedit mercantibus, vires docens?
Ast vbi quietem ceteræ noctu trahunt,
Exercitus legem tenentes prouidi,
Arcent pericli quidquid imminet foris,
Circum excubantium fideli tegmine.
Quas alteri innixas pedi, quis altero
Jussit lapillum sustinere gnauiter?

De Perdicibus.

Libidinosum est, feminæq́; amans, genus

τὰ γὰρ τ' ἐν ᾠοῖς ὀργανούμενα βρέφη,
συγκλῶν ὁ τῇ στροφῇ πατὴρ τῶν ὀστράκων,
κτείνει πρὸ καιροῦ δυσμενῶς καὶ συγχέει.
αὐτήν τε φυσικὴν ὁ φθορεὺς λύει σχέσιν,
ὡς αὐτόθ' ἐπ' αὐτῆς εὐθυμῇ τῆς συζύγου,
τὰ μητέρων τυρβάσματ' ἐκ μέσου τιθείς.
πολλαὶ δὲ εἰσὶν φιλότεκνοι τῶν μητέρων,
αἳ τοὺς τόκους κλέπτουσι τοῦ γένους χάριν.
καὶ τῶν πτερῶν θάλπουσι τῇ ζέσει κρύφα,
καὶ τοὺς ἑαυτῶν εὐτυχοῦσι φιλτάτους.
εἰ γάρ τ' ἐπεκράτησαν οἱ παιδοκτόνοι,
τῶν περδίκων ἔρημος ἦν ἂν ἡ κτίσις.
εἰσὶν τινὲς δὲ καὶ γλυκεῖς φυτοσπόροι,
οἳ καὶ συνωδίνουσι ταῖς θηλυτέραις,
ἢ δὲ συνεπωάζουσιν ἐξ εὐσπλαγχνίας,
καὶ συνδιατρίβουσιν ἐξ ἀπληστίας,
καὶ τοὺς νεοττοὺς ἐστιῶσιν ἀφθόνως,
ἂν τῶν πνιγηρῶν ἐκραγῶσιν ὀστράκων.
προσέτι δὲ καὶ πτήσσοντας ὡς μικροψύχους,
εἴ τις θόρυβος αὐτοῖσιν ἐμπέσῃ ποτὲ,
ψύχει τε τοὺς κάμνοντας, ὡς βραχυπτέρους,
ἁπλοῦντες εὐθὺς τὴν κατάπτερον στέγην,
σφίγγουσι καὶ θάλπουσιν ὡς ἐρασμίους.
κἂν ὀρνιθευτὴς ἐκταράξῃ τὰ βρέφη,
τέχνῃ σοφῇ νικῶσιν οἱ φυτοσπόροι,
τῶν μητέρων τὸ φίλτρον ἐκμιμούμενοι.

Perdicum: in ouis nanq; formatum necat
Fœtum parens, dum prouolutam immaniter
Teſtam refringit ante tempus efferus,
Soluitq; naturæ malignus fœdera
Corruptor ille, coniuge vt potiri amans
Matrum remotis poßit inde ſordibus.
Quæ liberorum amore, clam mare paruulam
Sobolem, futuræ ſpem educant propaginis,
Calore plumarum fouentes iugiter,
Præ ceteris quos cariores diligunt.
Quod ni fieret, ac liberocidarum ijs
Vis præualeret, perditum hoc iret genus.
Sed maſculorum aliqui minus ſunt tetrici,
Quos coniugum tangit dolor parientium,
Quarum miſerti, pariter ouis incubant,
Gaudentq; conſuetudine hac cohors ſalax,
Pulloſq; paſcunt affatim, poſtquam calor
Hiulca fracto rupit oua tegmine.
Quid, quod metu trepidos, puſillanimũ eſt velut
Genus hoc, tumultus fortè ſi quis ingruat,
Ac frigore horrentes breui ſub tegmine,
Super explicato contegunt velamine
Alarum, & amplexu fouent amabili?
Quod ſi dolos auceps ſtruat quis paruulis,
Arte exeunt manus parantis retia
Matrum mares affectionis æmuli.

χαλῶσι μὲν γὰρ τὸ πτερὸν παραυτίκα,
εἱλούμενοι παραὶ δὲ τοὺς τούτου πόδας,
δοκοῦσι μικροῦ συμπαλαίειν ταῖς τρίβοις,
καὶ τὴν φυγὴν κλέπτουσι τῶν ζητουμένων,
τοὺς μὲν ἀπατηλοὺς ἐξελίττοντες δρόμους.
καὶ τοὺς ἀπαγεῖς οὐκ ἐῶσι φιλτάτους
εἰς χεῖρας ἐχθροῦ συμπεσεῖν, ὡς ἀπτέρους.
ὁ γάρ τ' ἐφιστὰς εἰς κενὸν τὰς ἐλπίδας,
ἀφεὶς τὰ μικρὰ, πρὸς τὰ μείζονα τρέχει.
μόλις γε μὴν φεύγουσι τὴν τυραννίδα,
μᾶλλον δὲ τὴν ὕποπτον ἐντεῦθεν βλάβην.
μετὰ δέ γε μικρὸν, ἐν καλῷ στάντες τόπου,
τὰ στικτὰ συλλέγουσι μακρόθεν βρέφη,
τῇ τῶν ἐφολκῶν μουσικῇ προσφθεγμάτων.
καὶ τὴν καλιὰν τὴν καλουμένην ἅλω,
βασιλεῦ, ὁ πέρδιξ ταῖς γοναῖς διαπλέκει,
καὶ θαυμαστὸν τι χρῆμα, καὶ τέχνης γέμον.
ξύλοις γὰρ αὐτὴν μαλθακοῖς ὑφαρμόσας,
ἐκεῖ θάλαμον ἀπέφηνε μικροῦ τὴν στέγην.
λαβὼν δέ τ' ἐνταῦθ' ἐγκαθίζει τοὺς τόκους,
οἷς καὶ κόνιν μάλιστα λεπτὴν ἐγχέων,
τὸ κάλλος οὕτω τὸ φυσικὸν ἀναφαιδρύνει.
καὶ γῆν παρειθεὶς πορφυρᾶν πρὸ τοῦ τρύφους,
ὡς ἡ πελειὰς ἁλμυρίδα τοῖς τόκοις,
τοὺς κακοσίτους, ἄρ' εὐσίτους εἰργάσατο.
οὐκ ἀναμένουσι τὰς λοχευτρίας δ' ἔπι

Nam vela laxant callidè alarum, pedes
Eiusq; iuxta prouoluti, debiles
Præ se ferunt gressus, pigris incessibus,
Votumq; deludunt iners quærentium,
Fallace cursus subdoli glomeramine.
Nec hostis in manum sinunt carissimam
Prolem inuolûcrem incidere, nec firmam satis.
Nam lautioris ductus auceps spe lucri,
Pullis relictis, grandioribus inhiat.
Ast hi cruentas aucupis postquam manus
Fugêre, discrimenq; mortis imminens:
Paulum morati, destitutos à suis
Pullos citant, tutis procul recessibus,
Clamore cantus colligentes illicis.
Quid fabricam nidi loquar mirabilem,
Artisq; plenam, Rex, in areæ modum,
Quem fœtibus partu imminente construunt?
Nam surculis vbi hunc adaptauit parens,
Cubile collocat casæ intra limites,
In quo reponens oua, puluerem super
Tenuem ingerit, pullis lauacrum idoneum,
Quo proprium polit decus purgamine.
Terramq; purpuream dapum apponit loco,
Ceu pullulis liuia suis salsuginem,
Ut demat illis hac cibi fastidium.
Verum obstetrices non morantur paruuli,

 Exclu-

πρὸς τὴν ποθεινὴν ἐκγλυφὴν τὰ νήπια.
αὐτὰρ περιῤῥήσσουσι τὴν ἔξω σκέπην,
ἐν τοῖσι τῶν σφαδασμάτων ὑποκρούμασι.
ἐπείγεται γὰρ ἐκδραμεῖν πρὸ τοῦ χρόνου,
καὶ μικρὸν ἐκκύπτοντα κινεῖται πλέον,
καὶ θλίβεται μὲν δυσχερῶς τὸ θριγγίον,
ἐξίπταται δὲ, καὶ βαδίζει, καὶ τρέχει
ἰχνῶς τὰ λεπτὰ κακκαβάζοντα βρέφη.
τῶν θήλεων δὲ μὴ παρόντων εἰς γάμον,
χωρεῖ πρὸς ὀργὴν ὁ χορὸς τῶν ἀῤῥένων.
ἐμφύλιον δὲ συγκροτήσαντες μάχην,
οὕτως ἐνυβρίζουσι τοῖς νικωμένοις.
ἐν ἡμέραις δέ φασιν ἑπτὰ μὲν κύειν,
καὶ τοὺς νεοττοὺς ἐν τοσαύταις ἐξάγειν,
πάλιν δὲ τ' αὐτοὺς ἐν τοσαύταις ἐκτρέφειν,
καὶ τὴν καλιὰν ἐν τοσαύταις ἐμπλέκειν,
οἱ τὰς γονὰς θηρατικοὶ τῶν περδίκων.
εἶναι δὲ πειθοῦς δεκτικὰς χειροτρόφου,
καὶ ζῆν ἐν εἱρκταῖς, καὶ τρυφᾶν ἀφ' ἑστίας.
οὐ πείθεται δὲ συροπέρδιξ ἐνθάδε,
βραχύτερος αὐτοὺς ὤντε, καὶ πάντως μέλας,
καὶ ζῇ περιττοὺς ἑστιώμενος λίθους.
τὸ δὲ δριμὺ σκόροδον ἐὰν πέρδιξ φάγοι,
βιβρώσκεται παρὰ τοῖσι μὲν βορωτέροις,
νοσεῖν δὲ ποιεῖ ναυτιῶσαν τὴν φύσιν.
ἄῤῥην δὲ πέρδιξ τὴν ὁμόζυγον βλέπων,

ἑστῶσαν

Exclusionis quæ ferant optatam opem.
Sed perforant circum quod est tegmen foris,
Iactationis atq; cursus impetu.
Nanq; ante tempus expetunt procurrere,
Parum eminentes & mouentur amplius,
Ouiq; perfracto facile munimine,
Mox caccabantium euolat manus leuis,
Fertur q; gressus impigro conamine.
At feminarum nuptijs cassum genus
Virorum, in iram transit implacabilem,
Cientq; cognatæ asperum prælium acies,
Ineuntq; victos improbo ludibrio.
Fama est, dies septem vterum ijs gestarier,
Fætumq; post septem editum dari dies,
Totidemq; pullos educari paruulos,
Nidumq; construi: fidem si quam aucupum
Sermo meretur illa prædicantium.
Atque esse obœdientiæ hoc capax genus,
Si quis domi educet: inq; claustris carcerum
Gestire cernitur. sed haud fiat cicur
Perdice breuior Syroperdix, ac niger,
In viscera esu qui lapillos ingerit.
Sed ventre si perdix recondat allium,
Huius quidem pastu leuat ieiunia,
Subinde sed torquetur æger nausea.
Quod si capessat arma mas in æmulum,

Præsen-

ἑστῶσαν ἀγχοῦ τοῦ θεάτρου τῆς μάχης,
ὅταν γ' ἐναθλῇ, σιωπονώτερος μένει.
αἰσχύνεται γὰρ μὴ κρατεῖν, ὡς αὐθάδης.

Περὶ ἀλεκτρυόνος.

Ἀλεκτρυὼν μέντοι γε νικῶν τὴν μάχην,
σφριγᾷ τε καθαρῶς, καὶ σοβεῖ, καὶ τέρπεται.
νικώμενος δὲ, μετριάζει σωφρόνως.
καὶ ζῇ σιωπῶν εὐαρίθμητον χρόνον.
νοσεῖ γὰρ εὐθὺς, καὶ θανεῖν θᾶσσον θέλοι.
πάλιν δ' ὅγε θύραν αὐθαδῶς ὑποτρέχων,
αὐτοκράτορ μέγιστε, τὸν λόφον κλίνει.
δοκεῖ γὰρ αὐτὸν εἰ προσεγγίσει μόνον,
εἰς θραῦσιν ἐλθεῖν, καὶ ῥυῆναι τὸν τύφον.

Περὶ Νήττης.

Τίς νῆτταν, ὦ βασιλεῦ, ἰδὼν μὴ θαυμάσῃ;
ἣ νήχεται μὲν ἐμπεπτωκυῖ' εἰς ὕδωρ,
πρὶν τοῦγε μαθεῖν ἐν σχολῇ διδασκάλου.
καταδύεται δὲ, κἀναδύεται πάλιν,
αὐτῆς τε κεφαλὴν δαψιλῶς διαβρέχει.
νηττοκλόνος δὲ κίρκος εἰ ταύτην ἴδοι,
κάτεισιν εὐθὺς ἐκ νεφῶν, ὡς ἁρπάζων.
ἡ δὲ, σκέπην τὸ ῥεῖθρον εὑρίσκει ξένην,
καὶ γίνεται μὲν εὐφυὴς βυθοδρόμος,
τὴν ζωτικὴν εἴργουσα τῆς πνοῆς χύσιν.

Præsente perdix coniuge, acrius mouet
Bellum: Usque sic auarus ille gloriæ,
Deuictus erubescit in certamine.

De Gallinaceo.

Victor duello voce gallinaceus,
Gestuq; fastum prodit insolentiæ:
Sed victus idem se gerit remissius,
Latensq; paulum tenet silentia,
Abolere morte gestiens infamiam.
At cum subit limen, superbè deijcit
Cristam, Imperator, nanq; si fastigium
Vel tangat hac, ruiturum opinatur statim,
Ruptiq; fumos exituros culminis.

De Anate.

Anatem quis, ò Rex, non stupescat intuens
Nantem prius, quàm nare didicit in schola
Docta à magistro? nanq; aquas vbi contigit
Demergitur, sursumq; nando commeat,
Referens caput largo rigatum flumine.
Quam conspicatus anaticida, protinus
Altis in hanc è nubibus, Circus ruit.
Sed fluminis tegmen tuetur callidam
Profunda permeare, seq; spiritus
Flatu retento aquis penitus immergere.

Mox

ἐκδ' ἀλλαχόθι κύψασα τῆς ῥοῆς, πάλιν
ἐκεῖνον εἶδεν, εἶτα καδέδυ δεύτερον.
χρόνῳ δ' τῆς ἐνταῦθα λυθείσης μάχης,
ὁ μὲν, πάλιν τ' ἀπῆλθεν, ἥ τε νήχεται.
πλουτοῦσα λουτρὸν εὐκραῶν καθαρσίων.
ἔστιν δὲ κίρκος ἄλλος, αὐσονοκράτορ,
ὃς νῆτταν ἰδὼν, καὶ καταπτὰς ὑψόθεν,
καὶ συγκαταδὺς αὐθαδῶς, ἀπεπνίγη.

Περὶ Χηνός.

Ο χὴν δὲ θερμὸς, καὶ διάπυρος τῇ φύσει,
ἤδε φιλόλουτρός ἐστιν ἐν ταῖς νήξεσι.
πόας δὲ καὶ θρίδακας ὑγρὰς ἐσθίων,
ποιεῖ διαῤῥεῖν εὐμαρῶς τὴν γαστέρα,
καὶ πλὴν ἰατρῶν, καὶ διαίτης βιβλίου,
δάφνης τὸ φύλλον οὐδὲ πεινῶν ἂν φάγοι.
φθερεῖ γὰρ αὐτὸν, ἡ τροφὴ παραυτίκα.
λίθον δὲ τῷ στόμαθ' ἵνα μὴ κλάγξῃ στέγων,
ὅνπερ καλοῦσι ταῦρον, ἀμείβει πάγον.
τῶν αἰετῶν γὰρ φασὶ τῶν χηνοσκόπους,
ἐκεῖσε δεινῶς ἐλλοχᾶν πρὸ ψύχεος.

Περὶ ἴβεως.

Ιβις δ' ἐν ἀκταῖς τὴν τροφὴν παρεκλέγει.
καὶ πίμπλαται μὲν ἡ στροφὴ τῶν ἐντέρων,
ἐμφράττεται δὲ τὸ στενὸν τῆς ἐξόδου,

Mox parte prodiens ab alia, denuò
Aquas ſubit, ſi pergat ille hanc perſequi.
Sed tempus huic tandem facit pugnæ modum,
Hoste auolante: tunc enim ſecat iterum
Natando aquam, his beata lotionibus.
Sed accipitrum, ò Auſonarcha, inueneris
Genus, quod anatem peruicaciter ſequens,
Submerſum aquarum deuoratur gurgite.

De Anſere.

Quòd Anſeri caloris eſt vis ignea,
Gaudet lauacris frigidæ perennibus,
Veſcenſq; lactucis, et herbis humidis,
Alui hoc fluorem prouocat medicamine.
Citraq; medicos, et diætæ dogmata,
Non ille lauri carpat ore pabulum,
Non ſi fames premat, ſibi necis præſcius.
Tauriq; tranans aliger cacumina,
Ne clangat, ore mordicus lapidem tenet,
Illic latentium metu aquilarum, anſeres
Quæ callidè obſeruant, ſub hiemis initium.

De Ibi.

In litore Ibis victum amat conquirere,
Quo ventris implet tortuoſa volumina:
Sed exitus arctatur hoc anguſtia,

Calo-

καὶ φεύγεται μὲν τῇ παρὰ φύσιν ζέσει.
λύει δὲ τὴν ἔμφραξιν ἐξ ὀπισθίου
κλυστῆρα λοξὸν ὀργανοῦσα τὸ στόμα.
ἅλμην γὰρ ἐγχέασα ῥοῦστην εἰς βάθος,
ἀφῆκεν ὑγρὰς τῆς πυγῆς τὰς ἐκκρίσεις.
καὶ πλὴν ἰατρῶν, καὶ γραῶν, καὶ φαρμάκων,
δύσοιστον ἐξέρριψε κοπρείας βάρος.
καὶ τῶν δὲ λιβυκῶν ἐμφαγοῦσα σκορπίων,
ἀνεῖλε γοργῶς τοὺς ὑποπτέρους ὄφεις,
ἥκοντας εἰς αἴγυπτον ἐξ ἀραβίας.
αὕτη νεοττεύουσα φοινίκων μέσον,
ὕποπτον ἐκπέφευγεν αἰλούρου θράσος.
καὶ τοῦ σελήνης οὐ παρῆλθε τοὺς δρόμους
μειουμένης, κράτιστε, καὶ πληρουμένης.

Περὶ Σαλαμάνδρας.

Τὴν Σαλαμάνδραν καὶ ἀὴρ, καὶ γῆ τρέφη,
ἐν ὀστέοις γὰρ ἐστὶν ἰσχνὸν σαρκίον,
καὶ δέρμα λιτὸν, καὶ πτερῶν ἔχει σκέπην.
ἀλλ' οὖν σὺ συνϊδὼν, αὐσονάρχα, θαυμάσης.
τὸ πῦρ γὰρ αὐτὴν οὐ φοβεῖ τὸ παμφάγον,
ἐφίπταται δὲ, καὶ διώκει τὴν ζέσιν.
καὶ σβέννυσι μὲν τῆς καμίνου τὴν φλόγα,
κινεῖ δὲ πυκνὴν τοῖς βαναύσοις ἀσβόλην,
ψυχρότης αὐτοῖς ἀνθρακοὺς δεδεγμένη.
καὶ ζῇ μεταξὺ τῆς πυρᾶς, καὶ τοῦ βρόμου,

Caloris illum præstruente incendio.
Obstructionem autem ipsa soluit callidè,
Geritq; clysteris vicem oris aduncitas,
Quo ventris infundens cauo salsuginem,
Excretiones humidas ani ciet.
Mediciq; citra, anuumq; opem, atq; pharmaci,
Intollerabile pondus alui deijcit.
Libycisq; vescens ipsa scorpionibus,
Necat anguium turmas graues volucrium,
Quos excipit Pharos ex Arabia aduenas.
Hæc palmulas inter struit pullis domum,
Felis malignam vitet vt fiduciam.
Hanc Cynthiæ nouisse cursus autumant,
Seu crescat, ô Rex, siue decrescat face.

De Salamandra.

Quid Salamandram, aërn'e, tellúsue educat?
In ossibus nanq; est caruncula tenuis,
Cum pellis alarumq; paruo tegmine.
Sed tu, Imperator, hanc videns miraberis,
Quod non tremiscat deuorantis omnia
Ignis furorem, quem inuolans atrociter
Elidit, ac fornacis æstus enecat,
Fabrisq; densam suscitat fuliginem,
Ingressa fornacem dolosè feruidam,
Rogumq; viuit inter, & flammæ sonos,

καὶ σπῶσα καπνοῦ, καὶ δριμύτητος πνέει,
τοῦ αἰθάλης πρὸς ὕψος ἠρεθισμένης.

Περὶ Αηδόνος.

Οταν γ' ἀηδὼν ἀκροώμενον βλέπῃ,
μελῶν τότ' ἀγαθῶν ἐξερεύγεται κλύπους.
ἀγχίστροφον γὰρ τὴν βοὴν διαπλέκει,
καὶ γαργαλισμοὺς ὀργανοῖ κεκλασμένους,
ποθεῖν τὸν αἰσχρὸν καὶ φιλήδονον βίον,
καθάπερ ἁβροὺς τε καὶ σφριγῶντας βαρβάρους,
καὶ ζηλοτυπεῖν, καὶ ζητεῖν τὰς συννόμους,
ἀλόχων ἐπιστὰς ὅταν ὠδίνων χρόνος
εἰς φῶς προελθεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς τόκους.
τὰς γὰρ καθ' ὑγρῶν οὐκ ἐῶσι παστάδας,
ἃς οἶδεν ἀκτῆς ἐγκοπεὺς διαγλύφειν,
τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδούσης τοῦ λίθου,
πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν μετρίων
τροφὰς νεαλεῖς ταῖς λεχοῖς ἀφ' ἑστίας.
μή τις χ' ὑπελθὼν τὰς κενὰς διεξόδους,
ἢ συσκιασθῆ, καὶ πλοήση τὰ βρέφη,
ἢ παρασυρῆ τε καὶ τὰ λέκτρα συγχέη.

Περὶ βοός.

Εχει δὲ καὶ θάλασσα βοῦν δήπου μέγαν,
ὃς τίκτεται μὲν εἰς ἰλὴν πεφυρμένην.

ἰχθῦς

Non editos degenere iudicat satu.
Quos contrà inertes arguit socordia,
Discerpit vt suspectum & alienum genus.
Solusq; brutorum, gena quæ subtus est
Fixa, mouet subinde supremam, cibos
Cùm deuoratos conficit molaribus.

De Merulis.

Merulas marinas turpem amare rumor est
Vitam, voluptatiq; prorsus deditam,
Vt barbaros lasciuia gentem ebriam,
Et æmulo flagrare amore coniugum,
Quas visitant, cum tempus instans partuum
Doloris, aluo pignora eniti iubet.
Nanq; haud in vndis deserunt structos toros,
Quos excauator littoris, scit erutis
Petræ cauernulis formare callidus.
Quin & cibos venantur vnde suppetit,
Nido insidentibus nouos puerperis:
Ne quis relictis appropinquans cunulis,
Aut occulens se terreat natos recens,
Aut dissipans permisceat cubilia.

De Boue.

Quin & salum educat bouem, magnum satis,
Qui gignitur tenacis in cœni luto,

ἰχθῦς δὲ θηρᾶν εἰς τροφὴν οὐκ ἰχύων,
τὸν γοῦν φονευτὴν ἐλλοχᾷ τῶν ἰχθύων.
ἐνάλλεται γὰρ ταῖς ῥοαῖς ἀναβράζας,
καὶ τὴν ἀδιάπνευστον κεῖθ᾽ ἐκτείνει στέγην
κυρτῶν ἑαυτὸν, καὶ κατείργων τὸν ξένον.
ὃς ἄγχεται μὲν τῆς πνοῆς πεφραγμένης,
ἐᾷ δὲ νεκρῶν ἐμφορεῖσθαι λειψάνων
τὸν βοῦν τὸν ἐχθρὸν, τὸν μελάγχρουν, τὸν φάγον.

Περὶ Σαργοῦ.

Ὁ σαργὸς ἰχθύς ἐστιν εἰς οἷς ἐρῶν ζέων.
διψῶν τε φωτὸς, καὶ σιτούμενος πόας,
οἰκεῖ πρὸς ἀκτὰς παγγενὴς ἠθροισμένος,
ὅπου διασφὰξ ὑγρολάξευτος λίθου,
τῶν ἡλιακῶν ἐμφορεῖται λαμπάδων.
φιλεῖ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἀῤῥήτῳ σχέσει.
καὶ γὰρ παραθεῖ γειτνιῶν ταῖς ἐννόμοις.

Περὶ πολύποδος.

Βορώτατον δὲ καὶ πανοῦργον τὴν φύσιν,
καὶ θερμὸν εἰς κίνησιν ἀφροδισίων,
τὸν πουλύποδα βλέπων ἀεὶ θαλάσσιον,
αὐτοκράτορ, τέθηπα τῆς ἀπληστίας.
ὅταν γὰρ ἡ θάλαττα δεινὸν ἦ βρύχη,
καὶ πνεῦμα πυκνὸν τὸν βυθὸν διατρέχον
τὸ ῥεῖθρον ὑψοῖ, καὶ στροβεῖ, καὶ συγχέῃ,

Sed piſcium neſcit ſequi prædas iners.
Quare dolos turbæ ſtruens piſcantium,
Dat ſeſe in altum mole vaſta corporis,
Inſtarq́ tecti ſe per vndas porrigens,
Quem prendit hoſpitem, recuruus deprimit.
Ille impedito ſtrangulatur ſpiritu,
Suiq́ paſcit corporis cadauere
Hoſtem voracem, atro colore præditum.

De Sargo.

Amoris œſtro Sargus ardens æſtuat,
Sitienſq́ lucem, herbæq́ paſtu victitans,
Litus colit ſtipante multitudine,
Qua rupium diuiſa aquis diſtantia,
Solis repletur permeante lampade.
Sed & capras infanda amat libidine,
Ad quas propinquans aduolat præ gaudio.

De Polypode.

Præ piſcibus cunctis edacem & callidum,
Acriq́ amoris æſtuantem incendio,
Qui Nerei campos frequentat, Polypum,
Monſtrum videns ſtupeſco non explebile,
Nam quando fluctibus mare fremit concitum,
Ventuſq́ veſanus profundum permeans
Attollit vndas, perq́ turbat flamine:

θήρας ἄγων ἄγρυστον ἐνταῦθα χρόνον,
αὐτὸς ἑαυτοῦ τοὺς πλοκάμους περιεσθίει.
τροφῆς ὅδε τυχὼν δ' ὁ φθορεὺς ἀλλοτρίας,
ὅταν τ' ἔχῃ τὸ ῥεῖθρον ὑπτίαν χύσιν,
τόγε δαπανηθὲν εἰς ἀνάπλασιν φύει.
καὶ τὸν μὲν ἐχθρὸν, δυσχερῶς ἂν ἐκφύγοι,
πρὸς ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶν τὸ λανθάνον.
δεδραγμένος γὰρ τῆς προκειμένης ὕλης,
ἤμειψεν, ἥνπερ εἶχε μορφὴν ἡ φύσις,
ὡς καὶ δοκεῖν ἐκεῖνο τὸ ξύλον τυχόν,
ἢ τὸν παρόντα λίθον ὀφθῆναι μόνον.
προκείμενον δ' οὖν τῷ παρεῖσθαι τὸν τόνον,
ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶστρον κλίνει τ' ἀποπληξίας,
ἐκ τοῦτ' ἔπειτα, κἂν βραχὺς τρίβῃ χρόνος,
προθεὶς ἑαυτὸν, ἑστιᾷ τὸν καρκίνον,
οὓς ἤσθιε πρὶν ἐλλοχῶν καὶ συλλέγων.
τείκλει δὲ ῥᾶστα, καὶ βραχεῖ πλεῖστα χρόνῳ,
καὶ νήχεται ζῶν δυσαρίθμητον βίον.
ὅτ' ἦ δὲ χειμὼν, ψύχεός τε δριμύτης,
καὶ μειδιῶσαν ἔτους αἰθρίαν ἴδοι,
ἀφεὶς τὸ ῥεῖθρον, καὶ τὸ συνώνυμον γένος,
ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσαν ἕρπων ὡς ὄφις.
καὶ πέτραν εὑρὼν, καὶ ταθεὶς ἐπὶ στόμα,
ταῖς ἡλίου τότ' ἐγχρονίζει λαμπάσι.
δένδρου τε παντὸς ἂν ἐπιβαίνειν θέλῃ,
καὶ τοῦτο τούτῳ ῥᾷστον εἰς ἕρμα τρύγης.

ἀψάμε-

Conchyliorum haud tunc vacans venatibus,
Fame premente ipsus sibi cirros edit.
At pabuli facta voraci copia,
Cum strata subsidunt procellis æquora,
Reformat instaurans, quod absumsit fames.
Haud ille difficulter hostem effugerit,
Quod fallat incautum, offerens aspectui.
Prehensus escam pendulam dum corripit,
Mutat colorem lege sub loci suum:
Ut ipse lignum appareat, quod contigit,
Aut esse saxum, quo moratur subdolus.
Quin deminutis destitutus viribus,
Amoris œstro, ceu stupore percitus,
Jacet, moramq; temporis post pauculi
Se præbet ipse deuorandum piscibus,
Quos visceri immergebat antè colligens.
Parit facillimè, breuiq; plurimos,
Natatq; vitam non agens durabilem.
Cùm frigoris bacchatur inclementia,
Sudumq; ridens eminus prospexerit,
Freto relicto, gentis & commercio,
Repens vt anguis exit in terræ solum.
Petraq; tunc reperta in os prouoluitur,
Manens amica Cynthij sub lampade.
Gaudetq; quamuis arborem conscendere,
Quod se tenenti fructibus facillimum est.

ἁψάμενον αὖ δὲ πηγανίου τὸ θηρίον,
κινήσεως ἔρημον εὐθὺς εὑρέθη.

Περὶ λάβρακος.

Λάβραξ δὲ χανδὸν ἐκπετάσας τὸ στόμα,
καρίδας αἱρεῖ, πρὸς τὰ κέντρα μὴ βλέπων.
τούτοις δὲ τοῦ φάρυγγος ἐξωδηκότος,
θνήσκει τροφῆς ὄλεθρον ὀξὺν ἁρπάσας.

Περὶ μυραίνης.

Οταν ἁλιεὺς δέ τ᾽ ἐκτινάξας τὸν δόλον,
ὑποσπάσῃ μύραιναν, αὐτόνοκράτος,
εἰς πίθον ὅγ᾽ ἀντλῶν ἀγνοεῖ κεκλασμένον.
ἡ μὲν γὰρ ἔνθενδ᾽ εὐθὺς ἀπὸ μετρίου πόρου,
διεξέδυ σώζουσα καὶ τὰς συννόμους.
ὁ δὲ βλέπων ἕστηκε τὸν βρόχον μάτην.

Περὶ σηπίας.

Πανοῦργος ἐστὶ τὴν φύσιν ἡ σηπία,
τῶν ἁλιέων κλέπτουσα τὴν κακουργίαν.
εἰς ῥεῖθρα γάρ τ᾽ ἐμεῖ μέλαν ὑπόσφαγμά τι,
καὶ λαμβάνει τὴν ὄψιν ἐνδῦσα γνόφον,
καὶ τέρπεται θηρῶσα τὴν σωτηρίαν.
ἀλλὰ σκόπει μὴ ζῶσαν εἰς χεῖρας λάβοις.
ἄλλος γὰρ ἂν φθάνοι τις, ἐκ πείρας βλέπων
ὀδόντας ὀξεῖς εἰς ἀπόκρυφον στόμα,

καὶ δηγ-

Idemq; rutæ sternitur contactibus,
Jacetq; motionis expers illico.

De Lupo.

Hiante fusus ore per lacum lupus
Squillas capit, nihil moratus aculeos.
Sed ictibus tandem tumescentis gulæ
Extinctus, ingluuiæ luit pœnas necem.

De Muræna.

Cum fortè piscator dolosis artibus
In rete Murænam egit, ò rex Ausonum,
Pertuso aquam se haurire nescit dolio.
Elapsa nanque per foramen paruulum,
Sodalium secum cohortem liberat.
At ille stans frustra sagenas aspicit.

De Sepia.

Versuta natura suapte Sepia est,
Piscantium fallens dolis astutiam.
Nanq; æquor inficiens, cruorem atrum vomit,
Caliginemq; induta visus eripit,
Gaudetq; sic partæ salutis copia.
Sed tu caue viuam in manus vt sumseris,
Quin potius alius te prior, probauerit
In ore acumen dentium recondito,

καὶ δῆγμα πικρὸν ἐξ ἰοῦ προηγμένον.

Περὶ τρυγόνων.

Ἰοῦ δὲ μεστὰ καὶ φθορᾶς ὀξυδρόμου
τῶν τρυγόνων τὰ κέντρα τῶν θαλαττίων,
οἷς καὶ τεθηλὸς ἐὰν ἀμυχθῇ δενδρίον,
μαραίνεται ζῶν, οὐκέτι δύναμιν ἔχον.

Περὶ ἀλώπεκος.

Τὴν κερδαλῆν δέ φασι τὴν θαλαττίαν,
τοῖς ἐγκάτοις ἄγκιστρον εἰσδεδεγμένην
σοφῶς ἑαυτὴν τῶν ἀπ' ἐξ ἔνδον στρέφειν,
ὡς ἱματισμῶν σηρικῶν ὑφασμάτων.
ὡς ἂν ὁ χαλκὸς ἐμπαγεὶς διεκπέσῃ.

Περὶ ἰουλίδων καὶ λαγωοῦ.

Φύει μὲν ἡ θάλασσα τὰς ἰουλίδας,
ἔστιν δὲ φαυλότατον τοῦ ἰχθύων γένος,
καὶ ταῦτ' ἐν ἀκταῖς μᾶλλον οἰκοῦσιν λίθους.
δοκοῦσι δὲ λυπεῖν ταῦτ' ἐν ὑδροθηρίαις,
ὅταν κατ' αὐτῶν εἰσρυῶσιν ἀθρόαι.
γεγυμνωμέναι δέ τινος οὐδ' ἰχθύος μόνον,
ἄβρωτον ἀπέφηναν τότ' αὐτὸν εὐθέως.
Ἰοῦ γὰρ αὐταῖς πλῆρες ἐστὶν τὸ στόμα.
κἄν τις τὸν ἰχθὺν ἀγνοῶν ἐπεσθίοι,
στροφαῖς ὀδυνῶν ἐστιᾷ τὴν γαστέρα.

ὡς καὶ

Pestemq́ morsus tabidam venefici.

De Pastinacis.

Madent veneni pestilentis vulnere,
Quæ pastinacis sunt marinis spicula.
Queis sauciata germinans arbuscula
Marcescit, arefacta siccis frondibus.

De Vulpe.

Vulpem ferunt omnes alumnam Nerei,
Hami receptis viscera intra nexibus,
Inuertere vomitione sese callida,
Ceu vestis inuerti solet holoserica,
Nimirum vt æris vncus infixi excidat.

De Iulidibus & Lepore.

Fert Amphitrite Iulidas sub æquore,
Quod piscium est genus venenatißimum,
Rupesq́ maximè frequentant litorum,
Damnum inferentes in mari piscantibus,
Quos impetunt denso prementes agmine.
At piscium quencunque degustauerint,
Hunc esui reddunt idoneum malè,
Oris veneno, quo refertæ ipsum imbuunt.
Quod si quis hunc ignarus aluo inferciat,
Affert dolorum sæua ventri tormina,

Ceu qui

ὡς καὶ λαγωὸν εἰ θαλάττιον φάγοι.
πρὸς γὰρ τὸν ἐκ γῆς ὑπεναντίως ἔχει,
καὶ γυμνὸς οὗτός ἐστι μικροῦ κοχλίας.

Περὶ Περσέως.

Ἰχθὺς ὁ περσεὺς ἐμφερὴς τοῖς ἀνθίαις,
μᾶλλον δὲ τοῖς λάβραξι τοῖς βορωτάτοις.
ὃς ἐκ κεφαλῆς εἰς ἐρυθρὰν γαστέρα
ζώναισι χρυσαῖς ἄντικρυς ἀγλαϊσμένος,
υἱός τε μυθικῶς Ἀφροδίτης ἐκρίθη.
πλωτῆρσι δὲ θηρῶν δυσμενῶν καλύπτει,
ὀδοῦσι μακροῖς καὶ τομαῖς πεφραγμένος.

Περὶ πίννης.

Τῶν ὀστρέων ἕν ἐστιν ἡ πίννη γένος,
ἣ τὰς φορητὰς διανεῳγμένη πτύχας
κεῖται καθ' ὑγρῶν, καὶ προβάλλει σαρκίον,
ἐκ τῶν ἑαυτῆς μαλθακῶν ἐντοσθίων.
ὅταν δὲ μαινὶς πρὸς ἁπαληθεῖσα δράμοι,
καρκῖνος ἄρ' αὐτῇ συμβιῶν προσεγγίσας,
νύττει μετ' αἰδοῦς ταῖς λαβαῖς τὸ σαρκίον.
ἡ δὲ πλέον κέχηνεν, ἡ δὲ προσνέει,
καὶ τοῖς λαθοῦσι διπτύχοις ἁλίσκεται.
ὑγρὸν ῥυὲν στομάχου δὲ τῆς πίννης ἄπο,
εἰς ἀστραπῆς ἔλλαμψιν εὑρέθη λίθος.
κινούμενος δὲ τῇ καθειρχθείσῃ ζέσει,

εἰς μαρ-

Ceu qui marinum nescius leporem vorat.
Non ille terrestris refert imaginem,
Haud cochleæ dispar carenti tegmine.

De Perseo.

Quem Persea appellant, similis est Anthijs,
Vel rectius lupos refert imagine.
Cuius caput ad aluum usque rubram, cingulis
Est aureis videre distinctum palam.
Hunc fabulæ satum Diona iudicant:
Ac quodlibet natantium vincit genus
Mucrone dentium, simulq; audacia.

De Pinna.

Gensu ostreorum Pinna, testas pandere
Queis conditur plicis hiantibus solet,
Proiectaq; vndis porrigere carunculam,
Quæ corpus ambit molle, cassum lumine.
Quo Mæna si decepta credula aduolet,
Conuictor eius atque custos pinnoter,
Illam admonet morsu leui carunculæ.
Monita amplius pandit sinus, sed irruens
His implicatur Mæna non sat prouida.
Quod profluit Pinnæ humidum de viscere,
Qui fulgur æquet, fit lapillus lucidus,
Sed vnionis induit tandem iubar,

εἰς μαρμάρυξιν ὀργανοῦται μαργάρου.
πίννη δὲ ποιεῖ καὶ τριχῶν βλάστην ξένην,
ὡς ἐξ ἀραχνῶν συμφυῶν τῶν ἐγκάτων,
ἧς ἡ φεραυγὴς καὶ χλιδῶσα λεπτότης,
ξανθοῖσι πλοχμοῖς ἐνδεθεῖσα παρθένων,
σπαργῶντας αὐταῖς μαστροπεύει νυμφίους.
ἐξοστρακωθὲν εἰς παράκμην τὸ στέγος,
ἐξοστρακίζειν οἶδε καρκίνου φύσις.
οἰστρούμενος γὰρ κνησμοναῖς ἀποκρύφοις,
ἐκεῖνος ὀργᾷ πανταχῇ τροφῆς χάριν.
ὀγκούμενος δὲ πλησμονῇ τὴν γαστέρα,
σοφῶς ὑποσπᾷ τῆς καλύπτρας τὰς δέσεις.
τοῦ θρύμματος γοῦν ἐκπεσόντος αὐτίκα,
νοσῶν ὁ γυμνὸς, εὐπαθὴς γὰρ εὑρέθη,
μένει τροφῆς ἄγευστος εἰς πλεῖον χρόνον.
πηγνύμενος αὖ δὲ τῇ δορᾷ τῇ προσφάτῳ,
τροφὴν ἔχει τὴν ψάμμον ἣν εὗρε κλίνην.
ὅταν καλῶς δέ τ' ὀστρακωθῇ τὸ στέγος,
εἰς πάντα χωρεῖ τὴν τροφὴν παρεκλέγων.

Περὶ μυός.

Θαλάττιος μῦς προσφυὲς φέρων δόρυ,
καὶ δή τινας στόματος ἄπ' ἀκμὰς ὡς βέλη,
χωρεῖ πρὸς ἰχθῦς, αὐτόναρχα, δυσμάχους.
καὶ τοὺς σαγηνεύοντας αὐτὸν οὐ τρέμει,

Virtute perfectus caloris intimi.
Quin & pilorum pinna germen byßinum
Fert, stamine haud araneorum discrepans.
Cuius nitor, subtilitasq́, cirrulis
Addit puellarum venustatis decus,
Lenocinandis perquam idoneum procis.
Natura cancrum marcidam deponere
Testam, magistra docuit haud incallida.
Nam concitatus abdita prurigine,
Mouetur vndiquaque, victus gratia,
Ingurgitationeq́ aluum turgidus,
Disrumpit arcta tegminis ligamina.
Sic inuolucris ergò decidentibus,
Nudus laborans (nanque morbo obnoxius
Est) longiusculè abstinet gustu cibi.
Mox pelle firmatus recenti, vescitur
Egens arena, qua iacens lecto vsus est.
Sed glutinato ritè rursus tegmine,
Quocunq́ prorepit, requirens pabulum.

De Mure.

Hastam sibi adnatam marinus mus gerens,
Et prodeuntium ore tela cuspidum,
Cum bellicosis miscet arma piscibus.
Nec persequentium graues horret plagas,
Dissuta

γοργῶς διασπῶν τὰς πλοκὰς τῶν δικτύων,
καὶ μέμφεται μῦς ὑπὸ ἀνύδρους ἐν σκότει,
οἳ ζῶσι πικρῶς, κἂν συλῶσι τὰς ψίχας.
οὓς καὶ γαλῆ τρίζουσα, καὶ πλὰξ, καὶ βρόχος,
καὶ παγὶς ἐξέτριψε, καὶ βραχὺ στέαρ.

Περὶ κεστρέως.

Κεστρεὺς δὲ λαμπρᾶς μεσιώσης αἰθρίας,
ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον, ἐκλιπὼν χύσιν.
ἐπὶ χώματος δ' ἐφυπνόων τότ' εἰς βάθος,
ἂν ἐκταραχθῇ, πρὸς τὸ ῥεῖθρον αὖ τρέχει,
ἐλεύθερος ζῶν γηγενοῦς ὑποψίας,
φυγάς γ' ἐπ' αὐτὴν εἰσρυεὶς τὴν πατρίδα.

Περὶ ἀφυῶν.

Μήτηρ ὁ πηλὸς, καὶ πατὴρ ταῖσιν ἀφύαις,
αἳ νουνεχῶς οἰκοῦσι ὑπὸ κοίλους λίθους.
δεδοίκασιν γὰρ τὰς φορὰς τῶν πνευμάτων,
τούτων ἑκάστῃ καὶ τροφῆς πλὴν ἐστράφη,
τῆς συγγενοῦς τὸ σῶμα λιχμησαμένῃ.

Περὶ τρίγλης.

Τρίγλη δὲ νηκτὸν ἐστι καὶ λίχνον φύσει,
καὶ γὰρ φιληδεῖ τοῖς κακόσμοις ἐκτόπως,
καὶ τοῖσι ῥυπαροῖς ἐντρυφᾷ θνησιδίοις
ἅπαξ οὐ, καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἂν κύοι.

Περὶ

Dissuta morsu lina soluens acriter.
Terraq́; degentes cauernis musculos
Irridet, ægrè mica quos surrepta alit,
Quos felis horridus, tabella, funium
Nexusq́; tollunt, atq; lardi portio.

De Mugile.

Mugil sereno blandiente sidere,
In litus egressus relinquit æquora,
Sub crutiq; dormiens specu aggeris,
Cœlo ruente, mox aquas rursus subit,
Campis furentis haud procellæ obnoxius,
Natale postquam se recepit in solum.

De Apuis.

Est Apuis mater lutum, est lutum pater,
Quæ callidè petras cauatas incolunt
Venti metu, secum ferentis omnia.
Nec pabulo quo nutriantur indigent,
Linctu refectæ mutuo consortium.

De Mullo.

Natator est mullus, gulæq́; prodigus,
Rebusq́; gaudet admodum malè olentibus,
Fruiturq́; lautè sordibus cadauerum.
Quod indicat nomen, quotannis ter parit.

Περὶ ναυκράτου.

Ἐστὶν τις ἰχθὺς εὐτελὴς μὲν εἰ βλέποις,
εἰ δὲ κρίνοις, κράτιστος, εἰ δὲ λαμβάνοις,
νεκρὸς γαληνὸς εἰς γονὰς ἀποστρόφους.
τὸν μὲν γὰρ εὐάγωγον ἐξ αὔρας δρόμον,
εἴργει προελθεῖν ἐνδακὼν τὴν ὁλκάδα.
καὶ τοὺς τέως ᾄδοντας ἐκ θυμηδίας,
στυγνόν τι πενθεῖν ἐκβιάζει ναυτίλους.
κἂν μή τις αὐτόν γε καταδὺς θᾶττον τέμῃ,
ὁδοστατηθὲν οὐ δραμεῖται τὸ σκάφος.
τοῦτον τὸν ἰχθὺν, αὐτονάρχα, ναυκράτην
οἱ ναυτικοὶ καλοῦσιν ἐκ τοῦ πράγματος.

Τέλος.

ΠΡΟΣΘΗ-

De Echeneide.

Est piscis aspectu admodum vilis, sed hunc
Præ ceteris longè valentem duxeris,
Qui mortuus partus refrenat lubricos.
Hic nauium sistit citatos impetus
Ferentibus ventis, inhærens mordicus,
Nautasq; dextro gratulantes flamine,
Lugere versas protinus cogit vices.
Quem ni quis egressus rescindat ocyus,
Carina consistens iter morabitur.
Hunc, Imperator, Naucraten nautæ vocant,
Ex re indito naues tenenti nomine.

FINIS.

ΠΡΟΣΘΗΚΗ ΙΩΑΧΕΙ΄ΜΟΥ ΤΟΥ͂ ΚΑΜΕΡΑΡΙΑ΄ΔΟΥ

Περὶ Τεττίγων.

Τέττιγ' ἀμνημόνουτον ἦν μούσαις φίλος,
λιγυρῶν θ' ἑταῖρος ἀσμάτων παρατρέχῃ,
ὄνειδος οὗτος πῶς ἂν ἐκφύγοι κακόν;
τέττιξ μὲν οὖν τέττιγι συναγελάζεται,
ἀγαπῶν ξυνώαιμον ξυγγενῆ τε τῇ φύσει.
δένδροις ἐφιζόμενοι δὲ λειριόεν μέλος,
κοινὴν θ' ἱέντες οὖν ξυναρμονοῦσ' ὄπα,
ὑμὴν δὲ λεπτός ἐστιν ᾠδῆς ὄργανον,
δι' ἧς ἐκείνη φθέγγεται συμφωνία.
σιγᾷ θ' ὁ θῆλυς, πᾶς θρόος δ' ἐστ' ἀῤῥένων.
καὶ τῷ μὲν ἡλίῳ φλέγοντι τὰς γύας,
τότ' οὐστομοῦσ' ἐκεῖνοι ἠχήεστατα,
χρόνῳ δὲ χειμῶνος καλύπτοντ' ἐν χθονὶ,
κοιλωμάτων που τῆς δ' ἀπόκρυφ' ἐν φωλεοῖς,
τῷδ' ἀναδυόμενοι κεῖθ' ἀγείρονται θέρει
εἰωθότ' αὖθι πρὸς νόμον τερατισμάτων.
τροφὴν δ' ἔχουσι τὰς δρόσου ῥανίδας μόνον,
βλάπτοντες ἔρνους οὐδὲν ἢ πόης φυτόν.
καὶ τίς ποθ' οὑρέθη τοσοῦτον ἀνόσιος,
μουσῶν ὃς ὄρνιν συλλαβεῖν τε, καὶ φαγεῖν,
ὧδ' ἐξίτηλον, ὄντα τ' οὐδὲν ἢ βοήν;

AVCTARIVM IOACHIMI CAMERARII.

De Cicadis.

MVSIS amicus, arbiterq́; suauium
Si carminum nullo cicadam carmine
Dicat, probrorum fugerit qui crimina?
Cicadæ amica iungitur cicada, amans
Cognationem stirpis, atq; sanguinis.
Simulq́; ramis insidentes arborum,
Concinna pangunt cantuum modulamina
Vibrante pinna, quæ modorum est organon,
Cietq́; discordem soni concordiam.
At feminis strident mares silentibus,
Cumq́; arua findit torrida sol lampade,
Suis & ipsi arbusta rumpunt questibus.
Sed tempore hyberno latent reconditæ,
Terræ sub abditis cauæ recessibus,
Queîs prodeuntes rursus, æstas cum redit,
Glomerantur ad consueta cantus munera.
Cibos habent roris liquentis guttulas,
Nec germinum fructus, nec herbarum exedunt.
Et quis adeo repertus est nefarius,
Musis auem caram vt prehensam manderet,
Tam paruulam, quæ præter est vocem nihil?

ὅπερ ἀσεβὲς φῦλον ποιεῖ χελιδόνων.

Περὶ μυρμήκων.

Τίς τὰς γὰρ μυρμήκων ἱκανὸς ἂρ' ἐκφράσαι
οἰκονομίας τε, καὶ παρασκευὰς βίου;
τίς δ' αὖ ὑπερβαίη γε τῆς φύσεως τόδε
μικρὸν κἄπειτα πλέον παμμεγίστων πραγμάτων;
ἐν ᾧ γ' ἁπάσης ἔμφασις ἀρετῆς ἔνι,
φιλότητος, ἠδὲ τῶν πόνων κοινωνίας,
φρονήσεώς τε, καὶ δικαιοσύνης ἅμα,
σύν τ' ἐγκρατείας ἐξόχῳ φιλεργίᾳ,
καὶ δὴ συνέσεως, καὶ προνοίας, καὶ μένους,
ὀσφραντικῆς τ' ἐπὶ πᾶσιν εὐαισθησίας.
σὺ δ' ἀργὲ, καὶ φίλυπνε νωθείας ὕπο,
παράδειγμα μόχθων χρησίμων τούτους ἔχε.

περὶ μυῶν.

Ἔχει δὲ μύας θάρσος ἀφ' ὁμήρου κλέος.
ἤδ' αὖ πόθ' ὑγροῖς ἐνθανοῦσα ῥεύμασιν,
εἶθ' ἡλίου προκειμένη ξηρᾷ φλογὶ
ἀνά τε πάλιν ζῇ, κἀρτεμὴς ἀπέπλευσε.

Περὶ ὀρνίθων ἀνθρωπολάλων.

Τοὺς ψιττακοὺς μὲν ὡς λάλους θαυμάζομεν,

τέρπ'

Hirundinum genus quod audet impium.

De Formicis.

Quis est canendo, quam rei domesticæ
Curam gerunt formicæ, & apparatuum?
Quis verò naturæ hæc silendo transeat,
Simulacra rerum maximarum paruula,
Virtutis in quibus omnis apparet nitor,
Dilectionisq́, & laboris mutui,
Prudentiæq́, iuris & custodiæ,
Et continentiæ, nouæq́ industriæ,
Cum prouidentiæq́ vi, solertiæ,
Præq́ omnibus sensus odorum acerrimi?
At tu laboris hoc cape exemplum tibi,
Ignauia deses, veternoq́ obsite.

De Muscis.

Fidentiæ præconem Homerum musca habet.
Quæ si diem submersa fluctu clauserit,
Post solis exiccata quàm flammis fuit,
Ad se redit, vitæq́ compos auolat.

De Auibus hominum loquelas imitantibus.

Humanæ imaginem loquelæ in psittaco

τέρπει δὲ μᾶλλον ἡ δυχροίη τῶν πτερῶν,
φωνὴ δὲ μηδὲν ἧττον ἐς' εὐμήχανος,
μιμηλὸς εὐπλάστου τόνος δὲ πνεύματος
κοράκων τε, κιττῶν τ', ἠδὲ ψαρῶν εὐμαθῶν.
ὥστ' οὐκ ἔτ' Ινδῶν ὀρνιθολαλιᾶς χρέος,
ἡμῶν ἐχόντων βροτολόγους ἐνδημίους.

Περὶ Αλκύονος.

ἡδ' Αλκύων ὄρνις μὲν ἐστί γε πάραλος,
νεοττιὰν δ' οἷον νεναυπηγημένην
ἐφ' ὕδασιν διέπλασ' ἀσφαλέστατα
οὐ δὴ χρόνῳ, τόπῳ δὲ χώρας, καὶ τρόπῳ
στερεᾶς πλοκῆς τε, κἀβυθίστου σχήματος.
ὅτ' ἡδ' ἐπῳάζει γαλήν' εἰσ' ἤματα,
ὄντος περ ἡλίοιο νοτίαις ἐν ῥοπαῖς,
θάλαττ' ἀκύμων τ' εὐσταλῶς πλεῖται τότε,
ἀκμῇ δὶς ἑπτ' ἐν ἡμέρῃσι χείματος.
φίλανδρος αὐτὴ καὶ φιλόστοργος πάνυ
θήλεια δ' ἐστὶν ἄρρεν' αἰὲν σύζυγος.
γηρωκομεῖ τε τόν δε καὶ γηροτροφεῖ,
αὐτῆς φέρουσ' ἐπωμαδὸν τὸν σύγγαμον
ἔξωρον ὄντ' ἤδη βαρύν τε κἀσθενῆ,
πιστὴ ἀναποσπάστως συνοῦσα γυνὴ πόσει.

Περὶ Ανθίου.

Εστὶν

Miramur, alarumq́ nos honor iuuat:
Sed non minus concinna vox est, flaminis
Canore blandùm garrientis æmula,
Coruisq́, picisq́, atq́ sturnis docilibus.
Quid Indicarum ergo loquelis est opus,
Cum patriæ tellus loquentes ferat aues?

De Alcyone.

Est Alcyon auis maris pontum colens,
Nidumq́ figit nauis instar concauum,
Undas super quem construit tutissimum
Non temporis ratione, sed situ loci,
Modoq́ structuræ, & figuræ tegmine.
Hac incubante ouis, sereni sunt dies,
Tunc limitem Austrinum licet sol occupet
Æquor quietum puppe sulcat nauita,
Dum quattuordecim gelu sæuit dies.
Quin & mariti perquam amans est femina,
Amoris affectu flagrans erga marem,
Quem nutrit, & fouet senecta marcidum:
Suisq́ subiens ipsamet gestat humeris
Jam tum exoletum, iam grauemq́, & debilem,
Haud separabilis tori socio comes.

De Anthia.

Ἐάν τις ἰχθὺς ὃν καλοῦσιν ἀνθίαν,
χρύσοφρυν ἄλλοι, κἄτεροί τινες ἔλλοπα,
ἕτεροι δὲ καλλίχθυν, τινὲς δὲ πομπίλον,
ἰχθὺν δ' ὅμηρος αὐτὸν εἴρηκ' ἱερόν,
ὥσπερ λέγουσι τῶν ἀφηγητῶν τινές,
διαφωνία γὰρ κἀνθάδ' ἑρμηνείων.
ὀφθεὶς δ' ἄρ' οὗτος ἀνθίας ἀσυλίας
ἐστ' ἐγγυητὴς ἐν θαλάττῃ πανταχοῦ,
δηλοῖ γὰρ οὐδὲν θηρίον παρεῖν' ἐκεῖ,
εἶναί τε κίνδυνον τότ' οὐδὲν ἐν ἁλί.
ἀδεῶς βοηθεῖ τοῖσδε συμφύλοις ἀεί.

Περὶ βατράχων.

Βατράχων ἰδών τις ἐβδελύξατ' ἀμορφίαν.
αἰσχροὶ δέ γ' οὕτως ὄντες οἵδ' ἐρωτικοί
εἰσί, γαμήλιά τέ τιν' ᾄδουσ' ᾄσματα,
ὀλολυγόν' ἐκφωνοῦντες ἣν καλοῦσ' ὄπα.
ἐν νυκτὶ δ' ἐκτὸς συμπλέκονθ' ὑγρῶν τόπων.
προεγνώκασ' ἐπεὶ δ' ὑετὸν ἠπειγμένον,
φωνήν τε λαμπρύνουσι καὶ συχνὸν κοάξ,
τότε δὴ παφλάζουσ' ὕδασ' ἐν λιμνώδεσι.
δοκεῖ τε σημεῖον βεβαιότατον τόδε
ὄμβρων γενησομένων παραυτίκ' ἀθρόων.

Περὶ σκιούρων.

Est piscis Anthias vocatus nomine,
Quem Chrysophryn alij vocant, alij ellopa,
Quidamq; Callichthyn putant, aut pompilum.
Homerus hunc dixisse sacrum creditur
Piscem, secundum opinionem interpretum:
Quamuis & hos magna inter est dissensio.
Conspectus hic securitatis sponsor est,
Quacunq; vastum se per æquor obtulit.
Nanq; & feras illinc abesse nunciat,
Nec à mari imminere tunc periculum.
Idemq; cognatis opem fert strenuè.

De Ranis.

Ranas videns, quis non abhorret inertiam?
Sed inuenustæ illæ quide m, morem tamen
Gerunt amori, nuptiali carmine,
Quam ololygona appellant, citantes feminas,
Queis nocte miscentur loca extra humentia.
At imminentes simul aquas præsagiunt,
Vocemq; tollunt, & coaxant crebrius,
Tunc & tumultuantur in paludibus.
Atq; imbrium hoc iam iam futurorum euidens
Signum putatur, comprobante id exitu.

De Sciuris.

Cur

Διὰ τί πιθήκους, κερκοπιθήκους, τοιά τε
ζῷ' ἄλλα περιεργαζόμεθα νήπιοι;
γεγονότες ἐνθάδ' οὐρανῷ ὑπ' ἐξωτικῷ,
ἀφορισμένοι ζώνῃ μακρὰν κεκαυμένῃ,
ἐγχωρίων τ' ἂρ εὐποροῦντες παιγνίων,
τὸ τῶν σκιούρων σύμβιον ἔχοντες γένος,
οἷς τὸ λάσιον ἐποίησεν οὐρᾶς τοὔνομα,
γελωτοποιὸν, ἁλτικὸν, θωπευτικὸν,
οὐρᾷ πτερωτὸν, μανικόν τε ζωδίον,
πρὸς τὴν ἀήτην τὰς ὀπὰς κλεῖσαν πνοάς.

Περὶ ἐλεφάντων, καὶ λεόντων, καὶ δελφίνων.

Τίς δὲ τ' ἐλεφάντων ἱστορουμένην πέρι,
μακρὰν διήγησιν ὀλίγοισι συντεμὼν
δύναιτ' ἂν ἐνθέσθαι στίχων γνωρίσμασι;
τό τ' εὐσεβὲς, τό, τε συνετὸν, τό, τ' ἔννομον,
πρὸς δεσπότας τ' εὐνουστάτης σπουδὴν φρενός.
τίς δ' ἐκφράσαιτ' ἂν ὅσα λεόντων αὖ πέρι
εὑρίσκεται πλείσταις γεγραμμέν' ἐν βίβλοις;
βασιλεὺς μὲν οὖν ὅδ' ἐστὶ χερσαίων, καθὼς
δελφὶς ἐνύδρων θρεμμάτων κέκλητ' ἄναξ.
τὸ δὲ βασιλευτατὸν ἐστιν ἀμφοῖν ὅτι τοι
εἰσὶν φιλάνθρωποί τε, καὶ μεγαλόφρονες,
ποιεῖν τε μᾶλλον εὖ πρόθυμ' ἢ δρᾶν κακῶς.
τοῖς μὲν ὑπερηφάνοισιν ὄντε πολέμιοι,

Cur ſimios, hirtaſq; caudis ſimias,
Et id genus alia curioſè exquirimus?
Nos qui peregrino hîc ſub axe degimus,
A torrido procul remoti limite,
Popularibuſq; non carentes luſibus,
Cùm ſuppetat nobis ſciurorum genus,
Ab hiſpida nomen quibus eſt cauda inditum,
Riſum ciens, tripudians, & blandiens,
Caudaq; pennatum, & futurorum ſagax,
Euri procellam aduerſus obdens oſtia.

De Elephantis, & Leonibus, & Delphinis.

Quis verò quæ de Elephantibus ſunt prodita
Narratione copioſa, verſuum
Exponere indicijs queat breuiſsimis?
Legumq; cultum, ac numinis, prudentiamq;,
Animiq; ſtudium erga magiſtros beneuoli?
Quis conſequatur eloquendo, plurimis,
Quæ de leonibus, libris ſunt edita?
Atq; hic quidem terreſtrium rex eſt, velut
Delphinus incolentium vndas fœtuum.
Sed regium hoc ambobus eſt, mortalium
Quod ſunt amantes, atq; forti pectore,
Ad beneq; agendum promtiores, quàm malè,
Atque in ſuperbos cum truces ſe præbeant,

In

τοῖσι δὲ ταπεινωθεῖσιν ἐπιεικέστεροι.
φείδονθ᾽ ὅπου τε χρὴ, μάχονται τ᾽ ἣν δέῃ,
οἵους καθήκει τοὺς δυνάστας τυγχάνειν.
δελφῖνας οὖν φάσ᾽ ἐν ἁλί ποτ᾽ ἀπολουμένους
σῶσαί τινας, χέρσονδε προκεκομισμένους.
οὐδ᾽ ἂρ λέων γεύσαιτο σαρκὸς ἀνέρος,
εἰ μή γε λιμώττων τροφῆς ἑτέρας σπάνει.
οὖρος δὲ τούτοις ἔστ᾽ ἐν εὐρώπῃ, δύο
ποταμ᾽, ὁ μὲν Νέστος εἷς, δι᾽ ἀβδήρων ῥέων,
Ἀχελῷος δ᾽ ἕτερος αὖ δι᾽ ἀκαρνανίας.
μεταξὺ γὰρ τούτοιν λέοντες ῥευμάτοιν
μόνοιν τε γίνονται κάτ᾽ εὐρώπης χθόνα,
καὶ μηδέποθ᾽ ἴδοι τις τόδ᾽ ἀλλαχοῦ γένος,
οὔτ᾽ οὖν πρὸς ἠῶ, οὔτ᾽ ἰὼν πρὸς ἑσπέρην.
ὡς ἱστόρησ᾽ ὁ Θούριος λογογράφος.

Περὶ ἵππων καὶ κυνῶν.

Ὅρα φιλίστωρ ὅστις ἐστ᾽ ἵππων γένος,
καὶ συννόει μοι τοῖσδε φῦλα τῶν κυνῶν,
ἀμφὼ γάρ εἰσιν ἄξιοι θεωρίας,
εἴτ᾽ οὖν φυῆς τὸ χρηστὸν, ἤδ᾽ ἐπαινετὸν,
εἴτε διδαχῆς τὴν εὐμάθειαν εἰσίδῃς.
τῶν δ᾽ οὐδέν δ᾽ ἐστὶ ζῶον ἀνδρικώτερον,
μᾶλλον τ᾽ ἄτρεστον ἄλλο, τοὺς τε δεσπότας,
καὶ τοὺς συνήθεις ἀσπασάμενον καὶ φιλοῦν,
ὑπέρ τε τέκνων καὶ θανεῖν ἄτολμον ὄν.

In supplices sese gerunt clementius,
Parcuntq; cum res fert, & in pugnam ruunt,
Quales dynastas esse non inconuenit.
Delphinas, vndis ne obruantur plurimos
Seruare narrant, applicatos litori.
Nec carne vescitur hominis leo, nisi
Victu carentem adurgeat pænuria.
Atq; his in Europa locatus terminus
Amnes duo sunt: Nestus vnus, qui labitur
Teias per Abderas, & alter Achelous,
Qui cursum agit fluens per Acarnaniam.
Hæc inter, Europa educat leones, flumina,
Neque eorum alibi reperire genus est vspiam,
A solis ortu cardinem vsq; ad vltimum.
Quod Thurius narrans sacrauit posteris.

De Equis & Canibus.

Quisquis sciendi amore flagras, aspice
Genusq; equorum, cumq; eo stirpem canum:
Nam digna scitu suggerunt tibi vtraq;,
Siue indolis notes bonæ præstantiam,
Siue & capacis ingeni solertiam.
Nec animal est illis magis vel strenuum
Vllum, vel imperterritum, suosq; heros,
Et familiares quod perinde diligat,
Pro liberisq; non obire necem horreat.

Atqui

ἀλλ᾽ ἔστι φῦλα τῶν δέ γ᾽ ἀμφοῖν αἰόλα,
διαφορότητι διαφέροντα τῶν τόπων,
ἐν οἷς ἐγεννήθη θ᾽ ἕκαστος ἔθνεσιν
ἵππος, κύων τ᾽, ἐν οἷσιν ἐτράφη τ᾽ ἤθεσιν.
ὧν νῦν ἄκαιρόν ἐστι μακρολογεῖν πέρι.
ἵππων δ᾽ ἐνὶ πρώτοισι πρὸς συνουσίαν
τό, τ᾽ ἔννομον ἐπαινοῦσιν ἀχραύτου φρενὸς,
φυσικῶν τε θεσμῶν ἀκριβῶς φυλακτικόν.
οὔθ᾽ υἱὸς ἄρα τῇ μητρὶ μίσγοιθ᾽ ἑκών.
οὔθ᾽ υἱέος μήτηρ ὀχείην ἂν φέροι.
καὶ πρὸς τόδε πόθ᾽ ὥς φασ᾽, ὑπαχθείς τις δόλῳ,
ἀγάμοι᾽ ἐπεὶ φανερὸν γένετο μύσος γάμου,
αἰδοῖ τότ᾽ οἰστρηθέντε καὶ δυσθυμίῃ,
νυμφεύμασ᾽ αἰνοῖς, ὥσπερ οἰδίπους ποτὲ
θηβῶν κατ᾽ ἄστυ, συνδυασθέντ᾽ ἀθλίως,
αὔτ᾽ ἔδραμον ῥήξαντε δέσμ᾽ ἐπαύλια,
ἔπλησαν οἰμωγῇ τε πᾶν πεδίον πέριξ,
τέλος συναῤῥάξαντε δ᾽ ἀλλήλοιν ἅμα
καὶ ταῖς πέτρῃσι τἀνόσια κάρηατα,
οὕτως ἀπ᾽ ἀμφὼ δυσμόρω θάνον μέρῳ.
ἵππος δέ τ᾽ εὐγενὴς (κακοὶ γὰρ καί τινες
εἰσὶν, ἀγαθῶν οὔτοί γε πλείους πανταχοῦ)
αὐτοῦ φιλεῖ τε τὸν κομιστὴν, ἡδέως
προσιόντ᾽ ἰδών τε, καὶ λαλοῦντος ἀκηκοώς,

Atqui genus non est vtrisq; vnum ac idem,
Sed pro locorum hæc ambo differunt statu.
Et vt apud est gentes, equorum vel canum
Quisq; satus, & quibus educatus moribus:
Quæ copiosè persequi, abs re nunc foret.
Ad prolem equorum subministrandam, optimos
Existimant, intaminata præditos
Mente, atq; naturæ verentes vincula.
Neç matri amores natus vltro iunxerit,
Nec filium mater volens admiserit.
Quin & dolo quidam subactus, vt ferunt,
Post nuptiarum quàm scelus factum est palam,
Oestro pudoris ac doloris conciti
Vterq;, qualis Oedipus Cadmeidis
Per moenia vrbis, improbo ex connubio
Fugêre per villam, solutis vinculis,
Et eiulatibus replerunt pascua.
Tandemq́; mutuò sibi, atq; rupibus
Illisa frangentes nefanda tempora,
Clausêre vitæ fine tetro terminum.
Equus generosus, (nanq; sunt & futiles,
Et est malorum vbiq; maior copia)
Escam ministrantem sibi complectitur,
Ac gaudet accedentis aspectu, & sonos

καὶ ψηλαφήσαντ' ἀσμένως δεδεγμένος.
ὤφθη δὲ θ' ἵππος εἰν ὅπλοις που σύμμαχος,
ἁπότε συναλγήσας πεσόνθ' ἱππηλάτῃ.
αἴων δὲ μύθων εἴτις δὴ παλαιφάτων
χαίρει, λαλοῦντα θ' ἵππον ἐν τούτοις ἔχει,
καὶ δακρύοντ' ἐν συμφοραῖς ἄλλον κακαῖς,
ὕπερθε δ' οἶδμ' ἄλλον βεβηκότα πόντιον,
ἄλλον δέ τ' αὖ πτερωτὸν, ἠδ' οὐρανοβάτην.
χρεμέθοντα δ' ἄλλον φησὶν ἱστορίη τινὶ
ὅτι βασιλείας πρόξενος ποτ' ἐγένετο.
κυνικῆς δὲ πιστῆς εὐνόου θ' ὁμιλίας,
προσεπιτρεχόντων παντόθ' ἄλλων μυρίων,
ἡμῖν ἐν ἀσκραίου τόδ' ἔστ' ἀρκοῦν μόνον
γέροντος ὑπόδειγμ', οὗ σφαγέντος ἀνηλεῶς
οἰκεῖος αὐθέντας ἐμήνυσεν κύων.
κύνα δέ τινες ποιοῦσι καὶ διαλεκτικὸν,
ἐπεὶ διώκων θηρίον πολυσχιδεῖ
ὁδῷ πελάσαν, συλλογισμῷ χρώμενος
ἀτραπῷ προβαίνει τὴν ἐκεῖνο προήρχετο.
οὐ τήνδε γάρ φησ', οὐδὲ τήνδ' ὡρμήσατο,
τὴν δ' ἆρα λοιπὴν, ὡς διαζευχθὲν πλέκων,
τοῖς λήμμασί τε τὸ συμπέρασμα προσφέρων.
ἀλλ' ἐστὶν οὐδὲ φλύαρος. ἡ γὰρ ἴχνεσιν
αἴσθησις ἡγεμὼν τότ' αὐτὴ γίγνεται,
χαίρειν λέγουσα ταῖς ἐριστικαῖς στροφαῖς.
ὅδ' ἐστὶ τῷδέ γ' οὐκ ἄνολβος ἐν βίῳ,

Amat loquentis, seq; tangi percupit.
In prælioq; ferre visus est equus
Opem, patroni condolens lapsum sui.
Quod si quis est, quem fabulas priscas iuuat
Audire, in illis hic equum loquentem habet,
Aliumq; rebus eiulantem tristibus,
Aliumq; qui fluctus sit ingressus super,
Aliumq; pennis qui polum conscenderit.
Hinnitibusq; alium vetustas prodidit,
Decus magistro comparasse regium.
Sed & fidelitatis erga heros canum
Exempla nobis suppetant cum plurima,
Hoc vnicum Ascræi sit instar omnium
Senis, peremti cuius atroci nece,
Cædis patratores palam fecit canis.
Quin disserendi præditum solertia
Canem ferunt, quòd incidens in compita
Feram sequendo, examinatis singulis,
Insistit, illa qua præiuit, semitæ.
Sic colligens, gressum nec hâc, nec bellua
Istâc tulit, peregit ergo illâc iter,
Complexa sumtionibus ceu glutinat.
Verum hoc inane est: nanq; dux vestigijs,
Vis est odora narium sagacium,
Argutiarum nil morans versutias.
Sed haud egentem, vita in hac tu duxeris,

ὥσθ' ἵππον ἂν τρέφειν γένοιτο σὺν κυνί,
οἴκοι μένοντ' ἐλευθέρῳ, καὶ τοὺς πέλας
εὐεργετοῦντ' ἐκ τῶν ἐνόντων ἀφθόνως.

Περὶ Ἀλεκτορίδων.

Τίς δ' οἰκοσίτων οὐκ ἂν ἀγέλαις ὀρνίθων
καὶ τέρπεται, καὶ χαίρει ὠφελούμενος;
ὠοτοκίη τούτων γὰρ αὔξει τοὺς δόμους
ὄψῳ προχείρῳ. τῆς δ' ἂν που μητέρος
ἴδης τε τὴν σφετέρας γονὰς σπουδὴν πέρι,
καὶ φροντίδ', ἀνδρίαν τε, καὶ τόλμην ὑπερ
τῶνδ' ἀσπίζαζαν, ἥν πότ' ἐπίη τις φόβος,
οὐδὲν τρεζάσης, οὐδὲ δειζάσης θανεῖν
πρὸ τῶν ἑαυτῆς φιλτάτων γεννημάτων:
φυσικὴν μὲν εὐφραίνοιο στοργὴν εἰσορῶν,
τὸ ζωδίου δ' ἂν θαυμάσαις εὐκάρδιον.
τί δ' ἣν παράκλησιν νοῆς πρὸς τὴν τροφήν;
τί δὲ πτερύγων ἄπλωσιν εἰς σκέπην; ἵνα
γένοιτο θαλπωρὴ νεογνοῖς εὔθετος.
ἅπαντα ταῦτ' εἰν' ἀξιοθέατ' οἴομαι,
τῷ νοῦν ἔχοντι καὶ φρένας γένει βροτῶν.

Περὶ Ψύλλης.

Τί δ' ἂν ὀνομάζων ψύλλαν ἤδη τις λέγοι,
σκωλήκιον ἆρ, ἢ ζωύφιον, ἢ θηρίον;

Quemcunque equo canique alendo videris,
Domique liberum exigentem æuum, suis
Et promerentem plurimos beneficijs.

De Gallinis.

Quis non, domi quæ nutriuntur alitum
Greges amat, gaudetque lætus fructibus?
Nam partus ouorum larem cibo instruit
Cunctis parato. Matris at si attenderis
Pro fœtibus curam suis, atque studium,
Et fortitudinem, simulque audaciam
Hos protegendi, cum quis ingruit metus,
Nihil pauentis, nec feram horrentis necem
Carissimorum pro salute liberûm:
Amoris oblectaberis spectaculo,
Animantis & miraberis fidentiam.
Quid si, vt citet pullos ad escam, cogites,
Alasque pandat, tegmen his quæ præbeant,
Fomenta nuper editis idonea?
Quæ digna contemplatione sedula
Intelligentiæ reor mortalium.

De Pulice.

Quid nominans vocauerit quis pulicem,
Num vermiculum, animalculúmne, vel feram?

ὅ, τι οὖν γὰρ φαίημεν, τόδ᾽ οὐκ ἔς᾽ ἄλλο πλὴν
δέρμ᾽ αἵματος πλῆρες, ὑπόπου, ὀξύστομον,
ἐν στρώμασιν λυπηρὸν ἀγρίῳ δάκει.
λῆρον κατείποιμ᾽ ἂν μάγων, εἰ δὴ θέμις,
τί δρῶν τις ἂν δύναιτο κωλῦσαι τὸ μὴ
ἀρχὴν γενέσθ᾽ ἐν ᾧπερ οὖν ψύλλας τόπῳ:
κοκκυσμὸν εἰ πρῶτον γ᾽ ἀκούων κόκκυγος,
ὅδε τότ᾽ ἐπιστὰς, δεξιοῦ τ᾽ ἴχνος ποδὸς
κεῖθι περιγράψας, εἶτα τὸν χνοῦν ἐξέλῃ.
ὅπου τεθῇ γὰρ φασ᾽ ὅδε κατωρυγμένος,
ἐκεῖ φύεσθαι ψύλλαν οὐδεμίαν ποτέ.
τοῦτ᾽ ἐστὶ δ᾽ οἷον ἡ παροιμία λέγει,
λαβοῦ σὺ μὲν μηδὲν, κράτει γὰρ τοδὶ καλῶς.

Περὶ ἐλάφων.

Ἐλάφων θεώρει νῦν σύ μοι, κυνηγέτα,
ὑψηλόγυον, ἀειπρεπὲς, ποταμηπόρον,
μεγαλωπὸν, εὔκερων, μείουρον, ὠκύπουν,
στικτόν τε, πλατυώτον τε, κ᾽ εὔπνοον γένος,
ὄψει δ᾽ ἀγητὸν, τῇ τε τιμῆρες δορᾷ,
βαλιὸν, μακρόβιον; λεπτόκωλον, ἀγλαὸν,
φυξηλὸν, ἀβληχρὸν, δύσαλκ᾽, ἀκάρδιον,
ὀφιοκτόνον δ᾽ ὅμως ἐόντα καρτερόν.
χρηστὸν γὰρ τούτου φάρμακον κέρασιν ἔνι,
πρὸς πάντα καρδίῃ τ᾽ ἐντέροις τε σύμφορα.
κ᾽ ἡμῖν μάταιον πρὸς τάδ᾽ ἦν ζητεῖν κέρας

ἄγνωστον

Quodcunq; dicamus, nihil quam pellis est
Cruore suffusa, atq; suffulta pedibus,
Orisq; acuti infesta morsiunculis.
Quod si licet, nugas magorum proferam,
Qua possit, edocens, quis artis machina,
Arcere pubem hanc quolibet diram loco.
Quod si cuculi quis audiens primùm sonos,
Vestigium dextro quod occupat pede
Describat, ac deinde puluerem eximat,
Quocunq; subrutum loco disperserit,
Illo ferunt nullos creari pulices.
Hoc est, vetus quod rettulit prouerbium,
Nil accipe, atq; id contine ipsum probè.

De Ceruis.

Tu cura venandi cui est, ceruos vide,
Genus alticrurum, perdecorum, aquas secans,
Oculisq; magnis, cornibusq; præditum,
Caudaq; mutilum, celeripes, punctum notis,
Armisq; spaciosum, valensq; spiritu,
Facie egregium, preciiq; pelle non leuis,
Insigne maculis, atq; longæuum, nitens,
Exilibus membris, fugax, & debile,
Imbelle, timidum, aduersus angues strenuum,
Sed pharmacum huius inest salubre cornibus,
Quod cor sua intestinaq; medela iuuat,

ἄγνωστον ἄλλο μονοκέρω καλουμένου.
ἢ ταῦτα γὰρ κεῖνο δύνατ', ἢ πλείω πολύ.
ὧδε δ' ἀμαθὲς, καὶ σκαιόν ἐστιν ἆρα βροτῶν,
μωρόν τε φῦλον, κἀνόητον, ὥστε δὴ
τἀπόντα μαστεύειν ἀπρήκτοις ἐλπίσι,
παπταῖνον ἀλλότριά τε πόῤῥω, καὶ ξένα,
ἀγαθῶν τ' ἀεὶ καταφρονῆσ' ἐπιχωρίων.
τὸν δ' ἔλαφον οἷ' ἐξαίρετον ζῶον πάνυ
τοῖς τε βασιλεῦσι, καὶ δυνάσταις, οἱ νόμοι
οἰκεῖον εἶναι κτῆνος ἀποπεφηνότες,
τὴν τῶνδε θήρην δῆτ' ἀπεῖπον ἐντόνως
ἅπασιν ἄλλοις, τοῖσι πολλοῖσιν δ' ὅλως.
ἀγρὴν τε τήνδ' ὑφαρπάσ' ἤδη πώ τινες
τολμῶντες ἔτισαν εἶτ' ἀνηλεῆ δίκην.

Περὶ χηνῶν καὶ ὑῶν.

χῆνας δέ τις, τούτους σιτιστοὺς δὴ λέγω,
τοὺς ὗς θ' ὁρῶν σιάλους, ἴσως οἰήσεται
ἀλλ' οὐδὲν εἶναι τούσδε, πλὴν κρέας μόνον,
ἔχον ἀνθ' ἁλὸς ψυχῆς τι, πρὸς τὸ διαμένειν
ἄφθαρτον, ἠδ' ἄσηπτον, εἶδαρ εὔτροφον:
ἔνεστ' ὅμως γε τοῖσδε νοῦ τι καὶ φρενός.
βλάψη σύας γὰρ οὐδὲ συννόμους λύκος
γρυσμῷ συναθροιθέντας, ἠδὲ συστάτας,
τόσον πάρεστι θάρσος ὁμονοητικόν.
καὶ δὴ τὸν ὗν, ζῶον ἐλέφας οὕτω μέγα,

Neq́ est, quod anxiè requirat quispiam,
Cornu vnicornis plurimis incognitum,
Cum præstet eadem, pluraq́ his, quod suppetit.
Sic læua mens est, & rudis mortalibus,
Fatuaq́, carensq́ intelligentia, irrita
Ut persequatur spe petens absentia,
Proculq́ vestigans remota, raraq́,
Popularium copiam fastidiat.
Ceruum, instituta, singulare regibus
Sanxere iumentum, propriumq́ principum,
Nec subditis illos agendi in retia
Fecere ius, edictione strenua:
Ausosq́ tendere his plagas, atrocibus
Jussere pœnarum modis tolli in crucem.

De Anseribus & Suibus.

Quidam anseres, hos altiles inquam, videns,
Porcos saginatosq́, fortè duxerit
Nil esse, carnem præter, illos quippiam,
Quæ pro sale animam acceperit, putredine
Ne colliquescat, ferculum pascens probè.
Sed mentis haud illis inest prorsus nihil.
Nam nec sues lupus aggredi compascuos,
Ac congregatos audeat grunnitibus:
Concordiæ tantum potest consensio.
Quin & suem, tam grandis, elephas, bellua,

ἢδ᾽ ἄλκιμον φοβεῖτ᾽ ἀκηκοὼς μόνον
γρυλλισμοῦ ἔγγυθ᾽ ὄντος, εἰ καὶ μὴ βλέποι.
χηνῶν δέ τ᾽ εἰσὶν οὐκ ἄλογα παππάσματα,
ξυνετὰ δ᾽ ἐκείνοις, σχημάτων δηλουμένων
ξὺν τοῖσδε, τὴν γνώμην τε καὶ νοούμενον,
ὥσπερ μετ᾽ ἀλλήλων λαλούντων ἀκριβῶς,
τὸ συγκαλεῖν, προάγειν τε, καὶ κατὰ στίχους
ἰέν᾽ ἀκολουθοῦντας νομὰς πρὸς γνωρίμους,
φεύγειν θ᾽ ἅμ᾽ ὡς ἄπ᾽, εἰ δέῃ, συντάγματος.

Περὶ μάχης ἄρκτου καὶ συὸς ἀγρίου.

Ἀκήκοά ποτ᾽ ἄρκτου τε καὶ συὸς ἀγρίου
σύνδενδρον ὕλης βῆσαν ἀν᾽ ἐρήμου μάχην.
οὕτω δέ τ᾽ ἐγνωρίσθη αὕτη γ᾽ ἡ μάχη,
κἀκ τῆσδε συμβὰν, καὶ τὸ τῆς νίκης τέλος.
τοῦθ᾽ αἵματος γὰρ πανταχῇ καὶ τῶν τριχῶν,
κατ᾽ ἴχνι᾽ οἱ κυνηγέθ᾽ εὗρον ἑπόμενοι,
κατ᾽ ἀτραπίτους ἀγνῶτας εἰν ὕλῃ, πολὺ,
τῇ τῶν ὀδόντων χρωμένου συὸς ἀστραπῇ,
στιβαρῶν δέ τ᾽ ἄρκτου τῇ βίῃ βραχιόνων,
ἐν συμβολῇ τῆς ἰσχυρᾶς συρράξεως.
ὤφθη πρότερον ἄρκτου δὲ πτῶμα κείμενον,
τεκμήριον τοῦ θηρὸς ἥττονος κράτους,
τοῦ δὴ συὸς προσωτέρω βεβηκότος,
αὐτοῦ δ᾽ ὅμως ἐνταῦθα καὶ τεθνηκότος.

Robustaq; exhorrescit, hunc si audiuerit
Vel grunnientem cominus, nec viderit.
At anseres quæ gratitant, expertia
Haud sunt loquelæ, ipsiq; sese mutuò
Intelligunt notis loquentes inuicem,
Ceu conferentes verba secum seriò.
Queîs conuocant sese, vt vel agmen porrò agant,
Vel ordine ad consueta redeant pascua,
Ac tanquã in acie, cum est opus, fugam petant.

De pugna vrsi, & suis siluestris.

In saltibus condensa opacis arbore,
Certamen vrso, sicut audiui, fuit
Aduersus aprum, patuit ita quod cognitum,
Euentaq; huius, & exitus victoriæ.
Nam sanguinis reperta sunt venantibus
Et signa setarum, per abdita nemorum
Incognitâ legentibus iter semita.
Dum dente stricto fulminat frendens aper,
Vrsusq; sæuit brachiorum robore,
Atrocis in conflictibus certaminis.
Ac visus est vrsus priore iacens loco,
Quod concidisse in prælio victum arguit:
Apriq; post hunc amplius progreßi, erat
Proiectum humi cadauer intuerier.

Sunt

ἐν θηρσὶ πᾶσι δ', ὄρνισίν τε, κ' ἰχθύσιν,
εἰκών τις ἔστ' ἐπιθυμίας, λίχνου, πάθους.
ὡς κεῖνα γὰρ τῷ δελέατ' ἐγχαυμώμενα,
βόσιν τε καταπϊόντα τὴν προκειμένην,
οὐ κατενόησαν τὸν κεκρυμμένον δόλον:
οὕτω τε δείλ' ἁλίσκεται κἀπόλλυται:
ἄνθρωφ' ὁμοίως οἵ τ' ἄσωτοι κἀκρατεῖς
ἐνδόντες ὁρμαῖς ἡνίας ὀρέξεων,
ἴσχοντ' ἐν ἀγκίστροις ἁλόντες ἡδονῶν,
καὶ τέρψεων ἀμφιβεβολημένοι βρόχοις,
ληφθέντες ἐφθάρησαν ἀπροὔπτῳ μόρῳ.

Τέλος.

Sunt in feris, volantibusq́, & piscibus,
Simulacra perturbationis obuia,
Nec non gulositatis, & libidinis.
Nam sicut illa pabulum captantia,
Escamq́, deuorantia obiectam, dolos
Haud deprehendunt antè quos abdit cibus:
Non secius qui frena laxant, perditi
Ac impotentes, cupiditatum motibus,
Capti voluptatum tenentur hamulis,
Ac implicati suauitatis funibus,
Vitam profundunt morte non praecognita.

FINIS.

ERRATA INTER LEGENDVM NON ANIMADVERSA, SIC corrigito.

Pagina 26. verſu 1. lege οἱ πρὸ. Eadem verſu 6. lege οἱ ζῶς. ead. v. à fine 2. l. λίθους τοῖς ἐκὶ.
Pag. 28 verſu 6. lege οἱ τοὺ. ead. verſu 9. lege οἱ τὴν.
Pag. 36. verſu 15. lege τὶς αὖθις.
Pagina 38. verſu 8. lege αἱ τοὺ.
Pagina 52. verſu 17. leg. αἱ ζῶ.
Pagina 59. verſu 15. leg. fragrante.
Pagina 68. verſu à fine 3. leg. καὶ σῆς, αἰγιθ.
Pagina 90. verſu 16. leg. καθαρὸν.
Pagina 96. verſu 5. leg. ὅδ᾽ αὐτὸς.
Pagina 101. verſu 11. leg. carmine.
Pagina 106. verſu vlt. leg. κράτιςε.
Pagina 108. verſu penult. leg. τοδ γοῦν.
Pagina 112. verſu 11. leg. διαφόρων θηρίων. Ead. v. 12. l. Δράκοντες.
Pagina 118. verſu 17. leg. ὃς ἐνδιώκ.
Pagina 120. verſu 8. leg. ὁ νεκρὸς.
Pagina 122. verſu 5. leg. ἀπαγεῖς.
Pagina 128. verſu 15. leg. ὅδ᾽ εὐθὺς.
Pagina 130. verſu 15. leg. ἥδετο.
Pagina 132. verſu 17. leg. ἕως.
Pagina 138. verſu à fine 4. leg. ἢ τὸ.
Pagina 143. verſu à fine 4. leg. inſerens.
Pag. 146. verſu 5. leg. γένυω κινεῖ. Ead. verſu 16. leg. λίθου. πλὴν. Ead. verſu vlt. leg. πεφυρμένην, ἰχθ.
Pagina 150. verſu 22. lege χέρσον.
Pagina 154. verſu vlt. leg. τὴν γαςέρα, ὡς.
Pagina 156. verſu 17. leg. μαυνὶς.
Pagina 157. verſu 13. leg. Genus oſtr.
Pagina 158. verſu vlt. leg. σαγηνεύοντες.
Pagina 160. verſu. 3. leg. οἱ ζῶς. Ead. verſu 8. leg. χέρσον. Ead. verſu à fine 2. leg. θυησιδίοις, ἅπαξ.
Pagina 164. verſu 13. leg. δ᾽ ἐς᾽ ἀρ. 168. verſu 8. leg. ἠδ᾽ Αλκ. Ead. verſu à fine 4. lege σύγγαμον, ἔξωρον ὄντ᾽ ἤδη, βαρύντε, καὶ.
Pagina 169. verſu 14. Sol occupet, Aeq.
Pagina 170. verſu à fine 3. leg. τόδε.
Pagina 172. verſu à fine 4. leg. ἀμφοῖν, ὅπ.
Pagina 173. verſu à fine 2. lege quam malè. Atq;.
Pagina 176. verſu 13. leg. αἰδοῖ.

Atq;

Atque σφάλματα ista γραφικὰ, non magni illa quidem momenti, ſubijcienda hoc loco duximus, vt ſtudium diligentiæ noſtræ probaremus lectori. Cetera ſi qua occurrent tam operarum errata, quàm etiam noſtra, (ſicut humanum eſt errare) doctiores corrigent, pro candore qui decet bonarum artium, quæ & humanitatis ſunt, magiſtros. Neq; hoc diſsimulandum in præſentia duximus, in metro verſuum Græcorum Philæ, ſi quæ non conſtabant, mutata eſſe corrigendo à præceptore meo Ioachimo. Et nos quoque voces aliquas, quæ in editione Oporini mendoſè legebantur, ex Aeliano ſanauimus: in metro autoris nihil ipſi mutauimus, ne audiendum nobis eſſet illud Naſonis, *Quis tibi ſæue puer dedit hoc in carmine iuris?* Etſi enim, Ioachimo Græcæ latinæq; literaturæ parenti, illud licuit: non idem tamen licuit mihi, qui Ioachimus non ſum. Et ſi Eurypylus hoc poſſet, non poſſet Aeſopus. In conuertendis quidem expoſitione noſtra verſib. Græcis tam Philæ quàm Camerarij, eam dedimus operam quam potuimus, in iſta ingenij & doctrinæ noſtræ tenuitate: quã etiam qualemcunq;, vt ſpero, probari ſibi patientur æſtimatores illius candidi & benigni, boni conſulentes haſce fœtus ſtudiorum meorum primitias.

LIPSIÆ

IMPRIMEBAT ANDREAS SCHNEIDER

TYPIS VOEGELIANIS.

ANNO

M. D. LXXV.

